Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-05815518X-17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-05815518X-17

22

# SOLANI TVBEROSI ESCVLENTI (der Grundbiren) IVRA QVÆDAM

1774, 2.

AVSPICIIS DVCALIBVS
*AVCTORITATE IVRECONSVLTORVM ORDINIS*

19

PRÆSIDE
EIVS H. T. DECANO

GODOFREDO DANIEL HOFFMANN
SERENISSIMI DVCIS CONSILIARIO INTIMO

P 180.

PRO LICENTIA
SVMMOS IN IVRE HONORES CAPESSENDI
IN TVBINGA XXII. SEPTEMBRIS MDCCLXXIV.

DEFENDENDA PROPONIT

AVCTOR
CHRISTOPHORVS FRIDERICVS DERTINGER
STVTTGARDIANVS.

EDITIO SECVNDA.

*ERFORDIAE,*
SVMPTIBVS IOH. MICH. HAGEN.
MDCCLXXXVIII.

KOENIGL. FRIED. UNIVERS. ZV HALLE

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-05815518X-17
DFG

# SECTIO I.

## INTROITVS.

Inter tot & tanta, quæ mihi ſeſe obtulerunt ſpecialiori tractatione digna argumenta, nullum minus exhauſtum, utilius tamen videbatur, quam hæc de jure Solani tuberoſi eſculenti (der Tartuffel- vel Grundbiren-Staude) tractatio. Inſignis licet eorum multitudo extet, qui in œconomicis ſcriptis *a*) materiam

*a*) Ex illorum numero allegari merentur

1. Jacobs Theodor oder Tabernæ montanus in ſeinem Kräuterbuch ſub tit. Krüßling.
2. Johann Colers Haushaltungs Buch fol. Wittenb. 1602.
3. von Hohberg adeliches Landleben. 1682. 1716. in fol.
4. J. J. Bechers närriſche Weisheit. 1688. in 8.
5. ejusd Kluger Hausvater 1670. in 8.
6. Oeſterreich über alles, wenn es nur will. 1685. in 8.
7. Heinr. Heſſens neue Garten Kunſt. 4. Leipz. 1696.
8. A. J. D. wohlbeſtellter Gartenbau. Leipz. 1705.
9. Volckameri Flora Noribergenſis. 1718.
10. Breßlauer Samml. von der Natur- und Kunſtgeſchicht. 1719.
11. Bernh. v. Rohr Haushaltungs-Bibliothek. 1726.
12. Ejusd. Phytotheologie. 8. Frkf. 1745.
13. Des Schwedſchen Schäfers getreuer Wegweiſer, nebſt einem Anhang von den Patates, durch Jonas Alſtröm. Stockholm 1727.
14. Oeconomiſche Fama. 171 Stück.
15. Kuhnholds Oeconomia experimentalis. 1735.
16. Beerens Reiſen durch die Südländer und um die Welt. 1738.
17. Leipziger Oeconom. Sammlung vom Jahr 1743. Tom. I. S. 52.

riam hanc explanaverint, paucos tamen inveni, qui eam hac ra-

tione,

18. Zinckens Natur Lexicon.
19. Hoppens kurzer Unterricht von den knollichten und eßbaren Erdäpfeln. 4. Wolfenbüttel. 1747.
20. Carl Linnæus Skonska Reſa förrättad. Stockholm 1751.
21. Allgemeine Hiſtorie der Reiſen zu Waſſer und Land. 1751.
22. Grundigs neue Verſuche nützlicher Samml. Chemnitz 1751.
23. Zinck öcon. Lexicon. 1753.
24. Frankfurter Kayſerl. Reichs Ober-Poſt Amts Zeitungen von 1755. 158 St. J. 1768. 31 St.
25. Berliniſche privilegirte wöchentliche Relation der merkwürdigſten Sachen aus dem Reiche der Natur ꝛc. 1755 74. 75ſtes Stück.
26. Fränkiſche Sammlungen ꝛc. 1755. I. B. 1. St. II. B. 9. St. III. B. 13. Stück. VI. B. 37. Stück.
27. Das Reich der Natur und Sitten. I. Th. 2. St. Halle 1757.
28. Göttingiſche gelehrte Anzeigen, Jahr 1757.
29. Dreßdner gelehrte Anzeigen. J. 1757. u. ſ. w.
30. Chriſtian Reicharts Einleitung in den Garten- und Ackerbau, Erfurt 1758.
31. F W. Anweiſung zum Tobackbau und Erdäpfeln, Wien 1759.
32. Phyſicaliſch öcon. Auszüge 8 Stuttgardt.
33. Schickſale reiſender Perſonen, Erlang 1761.
34 Etwas neues und nützliches für alle Liebhaber der Land- und Stadt-Wirthſchaft, Leipzig 1761.
35. Der Hamburger Correſpondent 1762.
36. Langhanſens Anweiſung, wie man ſich von Krankheiten im Nothfall befreyen könne, Bern 1762.
37. Memoires & obſervations recueilies par la Societé œconomique de Berne 1764.
38 Gleditſchs vermiſchte phyſic. botan. öcon. Abhandl. Halle 1765.
39. Hannöveriſch Magazin J. 1767. 22. St.
40. Zannoni della Coltivatione é dell' uſo delle Patate e d'altre piante comeſtibili, Venezia 1767.
41. von Reinharts vermiſchte Schriften. 1768.
42. Joh Adam Ludwigs Abhandl. von Erdäpfeln. 8. Bern 1770.
43. Des Grafen von Mniszech, bewährte Art die Erdäpfel zu bauen. 8. Frkf. 1772.
44 Beyträge zur Erdäpfel Hiſtorie und von denen Krankheiten derer Erdäpfel. S. D. Themmol Ober Erzgebirgiſch Journal III. St.

45.

tione, uti mecum conſtitui, pertractaverint b), de qua tamen multæ dantur & elegantia & uſu fori commendabiles obſervationes,

45. Gedanken von denen Voigtländiſchen Erdäpfeln. S. Leipz. Samml. Tom. I. S. 52.
46 Erinnerungen von Tartüffeln, oder Erdäpfeln. ibid. S. 642,
47. Wirthſchaftl. Strittigkeit wegen Erdäpfeln und weiſſen Rüben. ibid. S. 953.
48. Sendſchreiben, worinnen die Erdäpfel vertheidiget und noch beſſer unterſchieden werden. ibid. S. 962.
49. Vom Anbau, Nutzen und Gebrauch der Erdäpfel, ibid. Tom. 9. S. 157.
50. Bericht von denen groſſen Jacobs-Aepfeln, wie ſolche im Voigtland gebauet werden. ibid. Tom. 14. p. 540.
51. Nachricht von einer neuen Probe mit Erdäpfeln. ibid. Tom. 15. S. 140.
52. Lantingshauſen Bericht, wie Erdbirn im Elſaß, Lothringen, Pfalz ꝛc. genutzet werden. ibid. Tom. 9. S. 213.
53. Vom Verpflanzen der Erdbirn, ibid. Tom. 12. p. 74. Tom. 15. p. 160. Tom. 16. p. 159.
54 D. Hejike Anmerkungen vom Nutzen der Erdbirn. ibid. Tom. 16. p. 77.
55. Skytte Verſuch aus Erdbirn Brantewein zu brennen. ibid. 9. B. S. 252.
56. Eva de la Gardie gleicher Verſuch. ibid. 10. B. S. 281. woſelbſt auch von Brod- und Pudermachen gehandelt wird.
57. Nachrichten vom Nutzen der Erdäpfel. S. Breßlauer öcon. Sammlung. Tom. I. p. 146.
58. Nachricht von einer Maſchine zu Verfertigung der Erdtuffeln-Stärke. S. Hannöveriſche Anzeigen. Jahr 1756. p. 1111.
59. Frage: ob ſich aus Kartuffeln Brantewein brennen läſſet. ibid. p. 1461.
60. Vom Wachsthum der Erdtuffeln im Sande. ibid. Jahr 1757. p. 331.
61. Abhandlung von Erdäpfeln und deren Gebrauch in Thüringen. ib. J. 1752.
62. Von der ſchädlichen Fütterung der verdorbenen Erdäpfeln. S. ökonomiſcher Bedenken I. B. S. 203.
63. Von der Nutzbarkeit des Grundbirnbaues. S. Churpfälziſche Bemerkungen der phyſikaliſch-öcon. Geſellſchaft vor das Jahr 1771.
64. Engels Verſuche und Erfahrungen über den Erdäpfel-Bau, Bern 1773.
65. Parmentier examen chymique de pommes de terre &c. Paris 1773.
66. Krünitz öcon. Encyclopedie ꝛc. I. Thl. Berlin 1773.
67. Der Hausvater *III.* Thl. S. 861. Alii.

b) Pauca extant in Cel. v. MOSER Vertrauten Briefen über das proteſtan-

 tiſche

nes, acutiori certe & exercitatiori ingenio dignæ. At mihi tenuitatis meæ probe conſcio nihil magis in votis eſt, & reliquum manet, quam æquos rerum arbitros enixe rogare, ut primitiis his academicis indulgeant, & ſi qua minus apte minusque juſto ordine adpoſita fuerint, ea parvo virium mearum modulo adſcribant.

## OECONOMIA A IVRISPRVDENTIA NON EST SEPARANDA.

### §. II.

Quibus unice ſubnixus, propoſitum jam thema pertractaturus, me non transgreſſurum tractationis finem putavi, ſi phyſicas quasdam & œconomicas obſervationes tanquam generaliora principia præmiſerim, ad quas ſimul poſitas, in reliquis Diſſertationis capitibus, ſi opus fuerit, recurri poſſit. Inſignis certe eſt œconomiæ phyſicæque in jure noſtro utilitas *c*), nec eſt, quod ego demum laudibus eam extollam, plurima enim eſſe, quæ ad œconomiam ſpectant jura, peculiaremque ea jurisprudentiæ partem conſtituere, erudite jam probavit LEYSERVS in egregio opere, cui nomen Iuris Georgici inſcripſit, quorumque veritatem quilibet ad rem attentior ipſe facile experietur.

DE-

tiſche Kirchenrecht, 23. Brief p. 331. SCHORPFII Diſſ. de Decimis, §. 13. p. 75. B. de CRAMER Wezlar. Nebenſt. p. 12. 13. p. 79. p. 109. p. 75. & in Obſerv. Juris univ. T. 4. Obſ. 138. p. 254. HOFFMANN & ESTOR Bürgerl. Rechtsgelahrt. der Teutſchen P. III. §. 479. 481. B. HEVMANNI init. juris politiæ Germanorum. Norimb. 1757. Cap. II. §. 226. p. 298. Orth. Sammlung auserleſener Rechtshändel II. Th. n. 3. p. 57.

c) *Cel.* KAESTNER in ſchediaſm. Einige Proben von dem Einfluß der Naturlehre in die Rechtsgelehrſamkeit. in dem Hamb. Magaz. IV. Th. p. 27. DAN. GODOF. SCHREBER in progr. cui tit. Delineatio hiſtoriæ ſcientiarumque œconomicarum, quatenus ut academicæ conſiderandæ ſunt, Lipſ. 4. 1764. BIRNBAVM de phyſices in Jurisprudentiæ utilitate. Lipſ. 1721.

## DESCRIPTIO SOLANI TVBEROSI ESCVLENTI.

### §. III.

Prima nunc & præcipua cura in eo poſita ſit neceſſe eſt, ut detur Solani tuberoſi eſculenti *d)* deſcriptio. In amplo Solanorum (Nachtſchatten) genere, ea uſu œconomico multiplice *e)* inclaruit ſpecies, quæ, Illuſtri LINNÆO Solanum tuberoſum, CASPARO BAVHINO Solanum tuberoſum eſculentum vocatur, quod ultimum epithetum ſtudio additum eſſe videtur, cum alias ſolana venenata ſua virtute dudum ſint *f)* infamata. Si definitionem generis deſideres, ſolanum corollam habet quinquefidam, rotatam calice quinquefido ſuſtentatam, pentantheram, monogynam, fructusque ipſi eſt bacca umbilicata, bilocularis; polyſperma. Noſtramque ſpeciem Botanici ab aliis diſtingunt & deſcribunt, quod ſit caule inermi, herbaceo, foliis pinnatis integerrimis, pedunculisque ſubdiviſis *g)*. Pars plantæ ob quam colitur eſt radix, eaque talis, qualis botanicis tuberoſa, (eine Bollen, eine knollige, knottichte Wurzel) dici ſolet, i. e. quæ e pluribus corpuſculis teretibus, plus minusvè rotundis in faſciculum collectis, & filo hinc inde connexis conſtat. Includit hæc tuberoſa radix ſub tenui plerumque rubella cuticula ſubſtantiam firmam, farinaceam, quæ ipſa uſibus œconomicis inſervit, atque

*d)* Cel. Solanum medio ævo latine ſcribentibus, æque ac ſolamentum, ipſum erat ſolum, ipſe fundus. Teſte DV FRESNE his vocibus T, VI. col 538.

*e)* LINN. Spec Plant Edit. III p. 265. nro. 10. Virid. Cliff, 15. Hort. Cliff 60 Upſ 48. De quo vide HERB BLACKWELL Tab. 523. & Ph. MILLERI Lex. P. II. p. 269. ubi hoc meum numero eſt decimum tertium & quartum.

*f)* Conf omnino B. D. D. PH. FRID. GMELINI Diſſ de materia Toxicorum hominis vegetabilium ſimplicium in medicamentum convertenda. Tub. 1765 ubi ſæpius quoque Solanorum mentio fit.

*g)* Pulcherrime delineatum illud ſiſtit Eliſabethæ Blackwell Herbarium Norimbergenſe. T. V. num. 523. a & b. nec non nigri fructus num. 587.

atque hominibus pecoribusque alimentum præbet haud contemnendum.

## HISTORIA SOLANI TVBEROSI ESCVLENTI.

### §. IV.

Eſt hoc Solanum tuberoſum eſc. optimum forſitan, quod ex novo orbe detecto ad nos pervenit ſpolium, ex Virginia *h*) ſcilicet primum in Angliam, inde in Galliam, vbi a. 1616. menſæ regiæ primum adpoſitum fuit, aliasque regiones, teſte CASPARO BAVHINO *i*) delatum, qui primus illud deſcripſit & delineavit, poſtquam ejus iconem a. 1590. acceperat ſub nomine pappos Hiſpanorum. In Italia tamen monente CLVSIO *k*) jam ante annum 1588. colebatur ſub nomine Tartuffoli. Unde nomina hinc inde recepta, & prout fieri ſolet mire depravata *l*) Tartouffeln, Artoffeln, Toffeln, Töffelgen, Cardoffeln, Pantuffeln quin ab italica ſtirpe deducenda videntur, quamvis hæc eadem planta germanico quoque idiomate Erdäpfel, (quo nomine alii helianthum tuberoſum, diſtinguendum omnino a Solano tuberoſo inſigniunt)

*h*) Alii illud e provincia Americana Peru ad nos perveniſſe tradunt, Peruanum hinc dictum. Vereor autem, ne aliud quid ſit Tabernæmontani p. II. L. II. Cap. 50. *Siſarum peruvianum*, Zuckerwurzel, Solano multo dulcius. Conf. omnino *Car. Gunt.* LVDOVICI Kaufmanns Lexicon P. I. col. 1386. GLEDITSCH patriam illis adſignat frugiferam regionem Americanam de Quito in valle auri & argentiferi montis Andes.

*i*) In prodromo p. 96.

*k*) Rarior. plant. Hiſtor. LXXX.

*l*) Indi Hiſpanique plantam hanc Papa aut Papas, Battates, Batates, non Patates, vel & Camotes, Angli vero Patates adpellant. Verum ne his quidem nominibus fido, quod idem deſignent Solanum. Cum Monardes illud quotidianum in India occidentali victum perhibeat, aſſum. Cui etiam medium quid inter carnem & frugem videntur patates, conſervæ parandæ inſervientes. Teſte LVDOVICI all. I. Tom. VI. col. 1387. qui raro quoque illos, ad nos pervenire, nec inter nos durare perhibet, dignos tamen quos colere ſtudeamus.

ſigniunt) Erdbiren, Grundbiren & κατ εξοχην Nudlen und Bollen *m)* vocari ſolent.

§. V.

Anno demum 1710. *n)* per ANTONIVM SEIGNORET Waldenſem e Colonia Wurmberg in patriam noſtram migravit, qui varias terras pervagatus, in Irrlandia, uti ajebat, deprehenſum, illud nobis tanquam frugem rariſſimam vendidit, unde tunc perſpecta ejus utilitate primum in Coloniis Waldenſium multo ſtudio cultum, in terris Badenſibus & Rhenanis frequenter ſeminatum eſt. Illud tamen mirum eſt, ſolanum hoc in Saxonia inferiori *o)*, præcipua nunc ejus ſede & patria, non ante annum 1740. notum fuiſſe.

§. VI.

*m)* GLEDITSCH Abhandl. I. Th. p. 170.

*n)* SPRINGER Landwirthſchafts Calender IIIter Jahrgang p. 64.

o FR. HERM. HEINR. BÜNDER Briefe über die Beſtellung eines Küchengartens. Hannover 1773. pag. 333. In Haſſia tamen Caſſelana, Marburgi certe jam tum & jam antea perquam frequens. Magnam E. ſſiæ copiam der Erdäpfel und Erdbiren laudat die neue Europäiſche Staatsgeographie. IV. Band S. 92. De Franconia & Weſtphalia VIII. Band S. 64. illa hæc refert: „Es werden auch viele ſogenannte Erdbirnen und Erdäpfel, ſowohl weiſſe als rothe in verſchiedenen Gegenden dieſer Lande gezeugt, welche Menſchen und Vieh zu einer nahrhaften Speiſe dienen, beſonders wachſen die Cartofflen im Erpachiſchen in überaus groſſer Menge. V. Bd. S. 117. In Vol. VII. circulo Saxoniæ ſuperioris dicato p. 107. legimus die nunmehr ſehr bekannte und brauchbare Frucht der Erdbiren und Erdäpfel werden in dieſen Kraislanden in verwunderlicher Menge und auch in beſonderer Gröſſe erzeugt. Im Meißniſchen, Ober- und Erzgebürge und im Voigtlande iſt, ſo zu ſagen, ihr rechtes Vaterland.

# DE UTILITATE SOLANI TVBEROSI ESCVLENTI.

## §. VI.

Quanta ſit ſolani tuberoſi eſculenti utilitas ex eo jam ſatis apparet, quod intra 30 vel 40 annos ob eximiam plane, quam habet, utilitatem & fœcunditatem, ſtudio noſtro, vicinorumque noſtrorum, ex incognita plane peregrinaque planta in naturale quaſi patriæ noſtræ productum tranſierit. Neque vero mirandum hoc eſt, cum tot provinciæ ſedula ejus cultura in eum jam ſtatum pervenerint, ut tam hominibus quam pecoribus novum & præcipuum nutrimentum præbere potuerint, quod non ſolum in maximis annonæ anguſtiis ſæpius jam in locum reliquorum ſucceſſit, ſed & utilitatem ſuam in multis certe nobiliſſimis œconomiæ partibus abunde jam comprobavit. Triſtis certe & calamitoſa a. 1771. annonæ inopia, qua omnis fere Germania premebatur, aperte confirmat, quam utilis ſit & commendanda ejus cultura.

## §. VII.

Obſervavit jam Joh. Ad. Ludwig in der Abhandlung von den Erdäpfeln, quod inde ab introducta ſolani cultura nulla amplius adeo gravis annonæ caritas extiterit; & lubens hoc credo, immenſa enim eſt ejus fertilitas, tanta videlicet, ut niſi vi tempeſtatis, aut alio inſolito infortunio *p)* ſingularem jacturam patiantur, 20, vel 30. tubera, 1. modium, & 720. tubera 20. modios pro-

*p)* Nec a paſſeribus, nec a columbis quidquam ſibi meruit Solanum hoc, at eo magis a muribus campeſtribus, demum poſt Auguſtum matureſcens.

proferre poſſint q) & ea ſit eorum conditio, ut eo etiam tempore abunde proveniunt r), quo maxima alias frumenti inopia exſtet, quum in quacunque fere tellure & tempeſtate pluvia nimis, nimisque ſicca, non multa adhibita cura, feliciter veniant s) æquale ſemper fere habeant pretium, agris non adeo magnum detrimentum inferant, largasque ſemper reddant uſuras t).

## §. VIII.

Sed mirandæ imprimis ſunt variæ illud plantandi rationes. Aut enim illa per tubera, eaque vel integra vel diſſecta u), aut

 per

q) GLEDITSCH Abhandl. II. Th. p. 72.

r) Phyſicaliſch öconomiſche Auszüge II. St. p. 58.

s) Handv. Anz III. Band p. 861. De variis eorum generibus vid. GLEDITSCH alleg. p. 173. & Abhandl. und Beobacht. der Oeconom Geſellſchaft zu Bern 1772. ubi 60. variæ ſpecies fol. 8. recenſentur & maxime quod in Anglia provenit Solanum laudatur 8 — 9. Pf. ponderans & ad 120 ex 1. ſe multiplicans.

t) Satis hæc apparebunt, ſi modo ea conſideremus, quæ laud. GLEDITSCH in den Abhandl. p. 173. his verbis aſſerit: weil indeſſen aller Ertrag von Ober und Unterfrüchten zuweilen abwechſelt, dergeſtalt, daß es des beſten Anſcheinens ohngeachtet doch das ein oder anderemal fehlſchlagen kan, ſo will ich die Rechnung eines davon zu hoffenden Gewinſtes nicht einmahl ſo hoch annehmen, wie ſie ſonſt von einigen bey uns in der Mark Brandenburg geſchätzt wird. nemlich von 1 — 20. u. ſ. w. ich werde vielmehr mit 6. von 1 gerne zufrieden ſeyn. Eadem fere ad noſtram patriam adplicari poſſe exiſtimaverim. Illud tantum additurus, quod pretium 1. modii Solani tuberoſi ad 9 fl 28. kr. creverit, quum dictam eam annonæ caritatem patria noſtra perpeſſa fuit. Aliter annuum lucrum ex 43000 [ ] pedibus Solano tuberoſo conſitis ad 24 Pf. Sterling computat YOUNG in den nördlichen Reiſen durch Engeland 1770. idque adhuc prædicat, quod tantum illud fimi det, quantum ad 86000 pedes [ ] ſtercorandos neceſſarium eſt.

u) GLEDITSCH. in den Abhandl. I. Thl. p. 197.

per ſurculos, vel ambutatos vel declinatos terraque tectos, aut denique per ipſum ſemen procedit.

### §. IX.

Haud minor utilitas exinde provenit, quod tam vario modo fructus ex eo percipi poſſint. Primo certe ea ſe exſerit per radices ſive tubera. Uſum hæc præbent 1) ad obſonia varii generis *v*), 2) ad lactucam, *w*) 3) ad panem *x*), farinamque parandam *y*), 4) ad amylum *aa*) & diapasma *bb*) conficiendum, 5) ad

*v*) Hanöv. nützl. Samml. 3. Thl. p. 861. 865.

*w*) Leipz. Samml. 9ter Thl. p. 165.

*x*) Oecon. Auszüge II. Thl. p. 41. vom Jahr 1757. 57. St. eine Preißſchrift von Hr. Prof. TITIUS. SPRINGER öcon. Calender vom J. 1771. p. 69. Americanis jam notus erat panis ex diſſectis & ope ſolis ſiccatis Solanis tuber. GLED. all. l. p. 168. Ad panem parandum adhibentur duæ tertiæ partes plerumque farinæ triticeæ & una pars tuberum Solani eſcul. Attamen ex ſolis tuberibus, quamvis difficulter, panem etiam parari poſſe affirmat PARMENTIER Immo ex ſolis Solani tuber. eſcul. tuberibus ſine noxa per aliquot hebdomades vixiſſe ſe aſſerit laudatus Autor.

*y*) Poſſunt etiam hæc tubera exſiccari & dein per molendinum in farinam teri, quæ bona & aſſervari poteſt. Phyſic. öcon. Ausz. II. B. p. 45. Hanöv. nützl. Samml. 51. St. vom J. 1758. Sed difficulter procedit exſiccatio, hinc optime pro nutrimento recentia tubera ope aquæ coctæ adhibentur. v. PARMENTIER dans l'Examen chymique des pommes de terre. Differentiam panis vel farinæ ex hoc Solano eſcul. & cerealibus paratæ ſolite expoſitam legis in Vol IV. derer Fränk. Samml. p. 165. ſq.

*aa*) Hausvater III. Thl. p. 863. Libra una Solan. tub. eſc. dat amyli uncias tres vid. PARMENTIER Non facile amylum inde parari contendit BECKMANN in der phyſic. öcon. Bibl I. B. p. 327.

*bb*) D. D. REVSS in Diſſ. de Diapaſmate § 22. not. b. Elegans, inquit, omnino & egregium diapasma exhiberent & olim jam parando ex Sol. tub. eſc. operam dederunt majores noſtri, Schwediſche Abhandl. 10. B. 5. St. p. 281.

5) ad ſabulum farinaceum, quod Grieß vocant *cc*) & alia præparandum, & 6) denique ad pabulum pro pecoribus *dd*) adhibetur.

§. X.

Secundo multiplex eorum eſt uſus per folia, ad nutrimentum pro pecoribus & ſtramentum *ee*), & per fruges ad conficiendum ſpiritum vinoſum. *ff*).

§. XI.

Eſt & alius ex accidenti tamen plantationis ſolani uſus, quod ſcilicet id optime præparet fundos illos, quos arte in prata ſæpius ſecabilia convertere, & a quibus varias deinceps ſpecies graminis derer Futter Kräuter, als des ewigen und breiten Klee, Erſparcette ꝛc. expectare velis S. den Badendurlachiſchen kurzgefaßten Unterricht vor den Bauersmann, wie er die Futterkräuter pflanzen ſolle 8 1762. ſ. 16. 28. 29. Plantari quoque poterit illud in ejusmodi locis, quorum proclivitas aratrum haud patitur, manibus ligonibusque (mit der Haue) colendum.

§. XII.

Sat abunde ex his elucere arbitror, quam late pateat ſolani tuberoſi eſc. utilitas; & quis poterit omnem enarrare. Habent

 cam

*cc*) Bemerk. der Churpfälziſch. phyſic. öcon. Geſellſch. vom J. 1772. p. 56.
*dd*) Hausvater III Th. p. 861. öcon. Ausz. I. B. p. 142. Leipz. Samml. IX. Thl. p. 163.
*ee*) Hausvater III. Thl. p. 863.
*ff*) Spiritum vinoſum non potuit ex iis parare PARMENTIER, hinç negat ea ad fermentationem vinoſam apta eſſe, ſed vid. Abhandl. und Beob. der öcon. Geſellſch. zu Bern 1772.

eam etiam perſpectam patriæ noſtræ cives in eorum cultura indefeſſi. Sunt tamen inter noſtrates qui illud non adeo utile & commendabile putant. Dicunt, nimis illud ſtomachum dilatare, panem nihilominus & majori deinceps quantitate & volumine deſiderantem, eoque diu uſos plus panis deinceps conſumere, majori quantitati adſuetos. Nocere illud frumenti culturæ, hujusque copiam minuere perhibent. Unde alia profluit quæſtio, annon nimirum juſto major & frequentior ejus ſit cultura? Quæſtionem hanc generatim decidi non poſſe meo quidem tenui judicio arbitror. Spectanda enim erit ante omnia loci ubi colitur qualitas, definienda prius juſta inter culturam frumenti aliorumque fructuum, & ſolani tub. eſc. proportio, computanda utilitas quæ ex aliis frugibus eodem loco ſeminatis percipi poſſet, aliaque quæ æque difficulter eruenda forent. Illud tantum obſervavi, quod 1771. in iis, quæ eo tempore confectæ erant de proventu meſſis rationibus ſolani tub. 96, 198. modii computarentur, qui vero jam fere ad duplo majorem numerum creverunt.

## §. XIII.

Illud certe adcuratiori conſideratione dignum eſſet, qua ratione cultura ſolani tuberoſi in rectam & utiliſſimam proportionem pro uniuscujusque provinciæ ſtatu, cum cultura frumenti reduci poſſit. Sed hæc mea non ſunt, exercitatis illa relinquens œconomis. Legiſſe tantum memini, quod fœcunditas ſolani tuberoſi ſe habeat ad frumentum gg) ut 20000 = 1200.

§. XIV.

gg) ENGEL in der Anweiſung und Nachricht zu dem Erdäpfel Bau. 8. 1773.

§. XIV.

Supereſſet adhuc, ut de modo colendi & aſſervandi Solanum tub. aliquid dicerem, ſed cum ea huc non pertineant, & in SPIELMANS Anleitung zu Verfertigung des Erdäpfel-Brods II. Thl. p. 30 öcon. Auszug V. B. p. 130. Abhandl. und Beobachtung durch die öconomiſche Geſellſchaft zu Bern geſammelt. a. 1772 8. Seite 16-87 prolixe reperiantur, ad alteram tractationis meæ, progredior ſectionem.

## SECTIO II.

§. I.

Expoſita nunc ſingulari ſolani tuberoſi utilitate, conſiderabo, quid juſtum ſit & æquum in exactione decimarum ejus, & ad quam potiſſimum ſpeciem decimarum referendum ſit hoc novum fructum genus. Meum quidem non eſt integram de decimis conſcribere diſſertationem, aliqua tamen nihilominus præmittere abs re haud erit.

§. II.

Decimarum ſolutio adeo perantiqua eſt, ut etiam redeundo in vetuſſima tempora *hh)* nemini profecto terminum, quo in conſuetudinem venerint, attingere vel explorare contigerit. Deſinit eas B. CHRISTIANVS FERD. HARPPRECHT *ii)* portionem proventum lege vel con-

*hh)* Conf. SCHÖPFF in Diſſ. de Dec. §. 8.

*ii)* in Diſſ. de Jure Decimatoris univerſalis ex mente Juris Canonici proteſtantium Eccleſiaſtici. Tub. 1754.

conſuetudine determinatam, a domino proventuum illi præſtandam, qui jus habet easdem exigendi. Originem earum Vir eruditiſſimus adeo ſolide monſtravit, totumque thema adeo exhauſit, ut nihil mihi amplius reliquum maneat, quam ut ea, quæ prolixe ab illo dicta ſunt, brevius repetam.

## §. III.

Notæ ſunt eruditorum circa ortum cauſamque efficientem decimarum altercationes. Fuerunt qui eam juri naturali *kk)* adſcripſere, fuerunt, qui a gentilibus *ll)* eas introductas contenderunt, dudum jam exploſi. Retulerunt alii eam ad legem divinam univerſalem *mm)*. Repetierunt quidam originem ex mandato divino jam ad patriarchas directo *nn)* & alii denique ex novi fœderis lege *oo)*. Acerrime adhuc defendunt catholicorum multi, deci-

*kk)* BRUNNEMANN J. Eccl. L. 2. c. 6. WERNDLE vom Zehend-Recht I. I. c 4. p. 15 REBUFF. de Dec. q. 1. n. 2. ſq.

*ll)* SPENCER de Legg. Hebr. ritualibus L. III. d. 1. c. 10.

*mm)* GONZALEZ ad Cap. XXXII. §. I. X. de Dec. Non ineptum de his judicium ſiſtit SARPIUS in Tr. des Benefices art. 21. q. 1. Je ne puis me paſſer de dire, que ces Docteurs ne parlent pas par ignorance ſur cette matiere, mais par fineſſe, pour autoriſer leurs pretenſions ſous le nom du droit divin & pour ſe mettre en credit aupres de gens ſimples, mais on pourra ici les convaincre, & leurs fermer les bouches. Dans le meme texte de l'Ecriture ou Dieu commende de donner les dixmes au Levites, il ordonne auſſi qu'ils ne puiſſent poſſeder aucun fonds des dixmes. Si par ce commandement le peuple eſt obligé de leurs donner les dixmes, ils ſeront auſſi obliges de n'avoir point d'heritages. „

*nn)* HOSPINIANUS de orig. bonor. eccleſ, cap. 3.

*oo)* HARPRECHT alleg. Diſſ. §. 4.

decimarum præſtationem eſſe iuris divini *pp*) quod vero proteſtantes ſufficientibus inſtructi rationibus negant, & decimas neque formaliter neque materialiter acceptas ad jus divinum referunt, ſed earum præſtationem e ſolo jure humano poſitivo derivant *qq*). Exorta inde ſunt diverſa ea circa præſtationem decimarum inter proteſtantes & catholicos principia, ut his nulli alii cum illis communes ſint fontes, niſi leges Imperii publicæ, pax ſcilicet Religioſa & Weſtphalica.

## §. IV.

In eo tamen omnes conveniunt, quod decimæ de omnibus fructibus præſtandæ ſint. Variæ autem excogitatæ fuerunt decimarum & juris decimandi diſtinctiones. Diviſerunt enim jus decimandi in univerſale & particulare, & decimas, inprimis in eccleſiaſticas & laicales, feudales vel allodiales, ſolitas & inſolitas, veteres vel novales, perſonales, prædiales & mixtas, & has denique in majores ſeu groſſas, & minores ſeu minutas, quæ poſterior diviſio, quando de ea agitur, quænam fruges ad unam alteramve ſpeciem referendæ ſint, ſæpe jam litium incentivum præbuit, & adhucdum præbet. Plerumque tamen antea quam aliæ

*pp*) eod. loco §. 5. Sunt tamen Catholici Doctores, qui & hanc opinionem deſerere videntur. vid. DÜRRII Diſſ. de parocho a perceptione decimarum novalium in Germania excluſio. § 8 ubi, præcipue noſtri conatus eo redeunt, ut demonſtremus nullum uſquam parochis in Germania, quibus non niſi congrua debebatur ſuſtentatio, circa tales decimas jus competiiſſe, nec hodienum competere

*qq*) SCHILTER Inſt. Jur. Can. L. 2 t 8 n. 13. VAN ESPEN in I. Eccleſ. p. 2. t. 33. n. 1. Conſſ. Tubb. Vol. IX. conſ. 26. n. 56.

aliæ excutiendæ veniant quæſtiones introducto novo fructuum genere, hæc eſt prima & præcipua lis, utrum decimæ ex eo præſtandæ ſint. Exorta jam eſt, & hodienum obvenit hæc controverſia circa novam culturam ſolani tuberoſi eſculenti, quam nunc penitius conſiderare debeo.

§. V.

In tali lite tanquam fontem decidendi B. *de* CRAMER in den Wezl. Nebenſt. *Parte XII. p.* 25. hanc ſuppetitat regulam. Was ein zehendbarer Acker trägt, iſt zehendbar, es mag Nahmen haben, wie es will, wachſen unter oder über der Erde, in Körner oder Wurzel-Gewächſen beſtehen, die Frucht werde zeitig oder unzeitig abgeſchnitten, und der Saame werde benuzt wie er immer wolle,„ cui & alia in ſpecie novum fructuum genus concernens ſubjungenda eſt ex WERNDLE Tr. vom Zehendrecht L. 3. c. 8. in pr. „Wann einer ab gewiſſen Gütern von allen darauf gewachſenen Früchten den Zehenden viele Jahre über als *Decimator* eingenommen, und es ſich begiebt, daß der Inhaber derſelbigen Güter eine ſolche Frucht, die bißher niemalen eingeſäet oder gepflanzt worden, ſäet oder pflanzt, ſo kann der *Decimator* in Kraft ſeiner dorthabenden Zehend Gerechtigkeit auch den Zehenden von ſelbiger neuen Frucht anſprechen, und annehmen, die in Zeit ſeines Beſitzes und entzwiſchen niemahlen ausgeſäet oder gepflanzet worden, und als ſolche eben ſowohl, als die Frucht, in deren Nieſſung er geweſen, abfodern, da eine ganze Gerechtigkeit *ſeu jus univerſale* ſich auf alle und jede derſelben Gerechtſame und anhängige *ſpecies* erſtrecket.

## §. VI.

Veras eſſe has, Juri Canon. conformes, uſuque ſervandas regulas ex *cap. 30. X. de Decimis* patet. Conſtat enim ex eo, decimas ex omnibus fructibus præſtandas eſſe & expediti juris eſt, deberi eas, etiamſi ſimul & diverſis anni temporibus diverſa ſemina in eodem horto vel agro ſparſa fuerint, ad easque teneri illum, ad quem fructus perveniunt, ſive dominus prædii ſit, ſive colonus. Eſt enim hæc obligatio præſtandi decimas adeo firma & indubitata *rr*) ut non niſi privilegio, præſcriptione, vel alio juſto titulo adquiſita immunitas eam tollere poſſit, neminemque prorſus ab ea exemptum eſſe velint leges, adeo late patentes, ut ſemper pro decimatore jus militet, decimatisque poſſeſſionem libertatis probare incumbat *ss*) præſumptione contra libertatem heic pro fortiore, quam ea, quæ pro libertate, habenda.

## §. VII.

Quicunque enim jus decimandi univerſale indefinite, & in genere in toto diſtrictu habet, ille quoad omnes agros & fructuum ſpecies fundatam habet intentionem *tt*), adeo, ut, ſi ager decimis ſubjectus, quomodocunque etiam mutatus, aliaque ſpecies fructuum ſubſtituta fuerit, vel fructus ex agris alias quieſcen-

 tibus

*rr*) v. ESPEN P. II. t. 33. c. 2. §. 35. in Jure Eccleſiaſtico. P. PICHLER Jus Eccleſ. Tit. de Dec. n. 14. P. ENGEL in Coll. Jur. Canon. tit. de Dec. §. 3. ESTOR Anmerkungen über das Kirchenrecht §. 674 BOEHMER J. E. P. Tit. de Decim. §. 1. v. PUFFENDORF T. 2. Obſ. 151. EISENHARDT Grundſätze der teutſchen Rechte in Sprüchwörtern p. 594.

*ss*) BOEHMER Jus paroch. Sect. VII. C. I. §. 30. HARPPRECHT alleg. §. 13. p. 70. BOEHMER T. III. P. I. Conſ. 61. n. 12. Conſ. 62. n. 6. P. III. Conſ. 919. n. 2. Conſ. 921. n. 3.

tibus, Brachfeld, percepti *uu*), nihilominus tamen ſemper decimationis oneri obnoxius maneat, neque jus decimarum, neque poſſeſſio mutetur, ſed mutata res *vv*) ejusdem conditionis ac juris cenſeatur, licet etiam de novo genere fructuum quæſtio eſſet *ww*), qui nunquam in iis agris ſeminati uerunt. Quod enim ex novis fructibus, ſi ſeminantur & coluntur, decimæ ſolvendæ ſint, affirmat *c. 6. & 21. X. de Decim.* & ita quidem, ut decimator, in eodem anno bis decimas ex eodem fundo vel agro exigere poſſit, ſi bina vice in eundem ſeratur *xx*). Quamvis enim vel maxime ſpecies fructuum mutata fuerit induſtria hominum, de illis tamen ſemper manet obligatio *yy*), quæ erat de prioribus, ne in poteſtate domini ſit, facto ſuo intervertere decimæ obligationem, quum mutata culturæ qualitas ſubſtantiam decimarum non mutet.

§. VIII.

*tt*) per C. 5. 6. X. de Dec. c. 17. X. de privileg. c. 7. de privileg in 6to. KLOCK. T. I. conſ 40. n 8. HERTIVS p. 2. Reſp. 58. HARPPRECHT alleg I p. 70 CRAMERI Nebenſt p. 2. n. 3. § 1.

*uu*) STRYK in Diſſ. de agris deſertis c. 5 §. 12. SCHOEPFF de Dec. § 5.

*vv*) WERNDLE vom Z. R. L 3 c 7. & 8. und im Anhang Reſp. 21. p. 362. SYRING vom Zehend-Recht c. 6 § 4. & 34. LEISER in Jure Georg. L. 3 c. 23. n 16. ſq. LYNKER Reſp 170. n. 10 ſeq MEV. p 9. dec. 68. BOEHMER in J. E. P. L 3. t. 30. §. 80 & 87. & in Jure Paroch. S. 7 c. I §. 21.

*ww*) NIC. EBERHARD T. I. c. 45. n. 1. HERT. T. 2. dec. 59 n. 3. & dec. 359. n. 3. WERNDLE vom Z. R. S. 3. c. 8. p. 285.

*xx*) CARPZOV. Jurispr. Conſiſt. L 1. t 8 d. 131. n. 7. WERNDLE c. 6. §. 13 p. 123. SYRING c. 6 § 13 ſq. SCHOEPFF Dec. 158. n 3. & in Diſp. de Dec §. 8.

*yy*) BOEHMER in Jure Paroch. S. 7. c. 1. §. 28.

## §. VIII.

Hæc itaque ſi ad præſentem noſtrum finem adplicemus, facilis erit deciſio, quam indubitata ſit decimas ex ſolano tuberoſo eſculento præſtandi obligatio; quamvis enim per ſatis longum tempus nullæ ex eo ſolutæ fuerint decimæ, illud ex ea tantum ratione contigit, quod primum certe hæc frugum ſpecies tam in exigua quantitate ſeminata fuerit, ut unius fere diei uſu conſumeretur, & operæ pretium haud videretur, decimas ex eo poſtulare, ne earum exactio avaritiæ & inhumanitatis notam præ ſe ferat, inde etiam hoc caſu non ſolutio decimarum nequaquam conſuetudinem introducere poterat, ſi quidem, ait SCHOEPFF. *de Dec p. 22.* ſola quoque culturæ mutatio fructus decimabiles reddere poteſt, qui antea tales non erant, nam ſi in prædiis ruſticis præter fructus ibi ſeminari ſolitos, alii adhuc, ſed in tam parva quantitate naſcuntur, ut vix aliquot diebus inſerviant, a decimatione plerumque immunes erunt, aſt quam primum majori quantitate naſcuntur, ut notabile damnum exinde ferat decimator, ipſæ decimæ omnino reddendæ ſunt. A ſola enim omiſſa decimatione *zz)* ad quaſi poſſeſſionem a decimatione non valet conſequentia, ſed contradictio & acquieſcentia ad eam requiritur, & ea heic ſpectanda eſt regula, quam B. *de* CRAMER in *T. II. Opuſc. Op. VIII. §. X.* his verbis tradit. Daß



man

zz) Apprime huc facit, quod B. D. HARPPRECHT in alleg. Diſſ. §. 13. p. 70. obſervat. Ja wann gleich in vorigen Zeiten von Erdbiren kein Zehenden genommen worden, ſo iſt doch ſolches aus bloſſer Gutwilligkeit und deßwegen geſchehen, weil die Pflanzung erſt ſeit einigen Jahren *frequent* werden, vormals hingegen die Leute nicht weiter gebauet, als ſie zu ihrer Haushaltung nöthig gehabt, und es ſich der Mühe auch nicht verlohnt, den Zehenden einzuſammlen.

man dann erſt ſagen könne, wir haben bißher ein *Jus negativum*, folglich auch eine Immunität beſeſſen, wann niemand geweſen, in deſſen Willkühr es geſtanden, von uns zu fordern, wovon wir uns befreyet haben. Nam exactio decimarum res meræ facultatis eſt, ex actu autem meræ facultatis nec obligationem nec quaſi poſſeſſionem alicui quæri poſſe conſtat *a*). Neque itaque præſcribi poterit jus decimandi, & a ſola voluntate decimatoris pendens exactio decimarum, licet perceptæ nonnunquam præſcribantur decimæ.

§. IX.

Probata autem contradictione & acquieſcentia, vel conſuetudine ex his fructibus decimas præſtandi plane contraria, jam per legitimum tempus obſervata, æque firmum ſtabit jus immunitatis, ac ſi privilegio aliove juſto titulo adquiſitum fuerit. Genus enim fructuum ex quibus decimæ præſtantur, conſuetudine determinari atque ad eandem præcipue *b*) & primo loco reſpiciendum eſſe probant. *C. 18. 20. 31. 32. X. de Dec.* adeo, ut exactio decimarum de rebus vel fructibus decimis per conſuetudinem non obnoxiis ad abuſum poteſtatis eccleſiaſticæ auctoritate imperantium emendandæ referatur ab *ill. Georg. Lud.* BOEHMERO *in princ. J. C.* §. *731. Petrus de* MARCA *de Concord. Sacerd. & Imp. l. 4. c. 10.* v. ESPEN *P. 2. t. 33. c. 2.* §. *37.* Eis autem non probatis, ſalva *c*) ſemper manebit decimatori exactio decimarum.



*a*) ESTOR de abuſu rerum meræ facult. §. 12. ſeq. HARPPRECHT de præſcriptione immunitatis a Collectis C. 2. §. 16.

*b*) WERNDLE vom Z. R. L. 3. c. 8. SYRING c. 11. & 15. BOEHMER Jus paroch. S. 7. c. 1. §. 15. SCHOEPFF Dec. 198. n. 2. ſq.

*c*) ESTOR teutſche Rechtsgel. III. Th. p. 389. Idem de abuſu rerum meræ facult. c. 1. §. 11. 12. 16. 17. & 93.

## §. X.

Roborantur hæc, quæ hucusque dicta ſunt, de obligatione decimas ex ſolano tub. præſtandi, variorum tribunalium ſententiis, quas tum in alleg. *Harpprechtiana Diſſ.* §. *13. p. 70. in cauſa H. T. F. de 14. Febr. 1752. tum* in der Orth. Sammlung auserleſener Rechtshändel *VI.* Th. *p. 43. & 47. in cauſa* des probſteylichen ſogenannten Fronhofs in Frankfurt *contra v. Malapart* und *Juſtinian* von Gunderrode, invenies, *immo ipſa praxi Cameræ imperialis,* in Sachen Haydersdorf und Puperich *contra* von Hagen, *in cauſa* des Dohm-Capitels zu Speyer *contra* die Pfalz-Zweybrückiſche Gemeinde zu Bielenbach, *in cauſa* ſamtlicher Vorſteher und Unterthanen des Amts Hohen-Solms, wider Herrn Carl Chriſtian Grafen zu Solms, *in cauſa* der Ordens-Unterthanen zu Rholingen und Heydlingen *c.* den Freyherrn von Kerpen, *vid.* CRAMERI Wezl. Nebenſt. *P. XII. p. 25. P. CIX. n. 5.*

## §. XI.

Agnita autem hac licet obligatione, alia adhuc eaque gravior & difficilior ſeſe exſerit controverſia, an majoribus an minoribus decimis accenſenda ſit hæc nova fructuum ſpecies. Solanum tub. hoc demum ſeculo in Germaniam translatum per ſatis longum tempus non niſi in hortis, aliisque a decimatione immunibus locis plantatum, huic controverſiæ diu occaſionem non præbuit. Perſpecta autem ſemel inſigni ejus autoritate, & præcipuo in œconomicis uſu, de quo in Sect. I. late diſſeruimus, etiam aucta eſt illius cultura, & cum non tantum in multos antea incultos & deſertos talesque locos, in quibus nulli alii proveniebant fructus, plantatum, ſed etiam multoties in ipſos agros

quieſcen-

quieſcentes, die Brach dictos, eosque fundos, quos die Oeſchen, Zelgen vocant, ſeminatum eſt, majori cura jam in illam quæſtionem inquirendum eſſe videtur, an ſolanum tuberoſum inter majores, an inter minores referendum ſit decimas? Difficilior eſt determinatu hæc quæſtio, cum pauca adſint, quibus inniti poſſimus, principia, & tam mirifice diſſentiant doctores in determinandis groſſis minutisve decimis. Innumeris implicita eſt exceptionibus materia decimarum, ut fere nihil determinatum & ubique receptum inveniamus, ſed vel conſuetudo, vel obſervantia, vel præſcriptio, vel urbaria, aliæve circumſtantiæ normam dent. Conſiderata itaque obligatione ad præſtandas decimas, quæ nunc dicenda erunt, potiſſimum patriam noſtram ſpectabunt.

§. XII.

Idem, quod ratione decimarum in genere in plurimis Germaniæ territoriis factum, etiam in noſtra contigit patria, ut jam ab antiquiſſimis temporibus nulla in univerſum communiter agnita & adoptata fuerint principia, quibus ſubnixi hanc tributorum ſpeciem ſibi vindicaverint olim & collegerint domini territoriales, ſed quod decimæ plerumque in ſuſtentationem eccleſiæ miniſtrorum pro temporis ratione, variis ſub titulis, inprimis autem ex fundamento ſuperioritatis territorialis ad principes tranſiverint, qui poſſeſſionem ſemel nactam, quovis modo retinebant, idem inquam etiam in noſtra contigit patria, quod jus decimandi mox a principe, mox a monaſteriis, aliisque qui radicatum in eo jus habere putabant, ſibi vindicare conaretur, magnæque inde exortæ ſint lites; donec ſucceſſu temporis, ope con-

confectorum urbariorum, in quibus potiſſimum ſtatus poſſeſſionis & obſervantia pro norma fuit, aliisque mediis, in iis agris, qui eo tempore colebantur, unicuique jus ſuum partemque ſuam tribuere quæſitum, quod ad novales ſpectabat agros, ſecundum mandatum in comitiis Norimbergenſibus a. 1552. emanatum, pronuntiatum, & hac ratione maxima controverſia, in eo nimirum poſita, cuinam decimæ competant, e medio ſublata fuit. Monaſteriis ſeculo addictis, Camera ducalis eccleſiaſtica in eorum jura ſucceſſit, jure, quod ea ad decimas habebant, in ſe translato, miniſtris eccleſiæ loco partis ſalarii uſumfructum decimarum conceſſit, eoque factum eſt, ut non tantum circa interpretationem olim confectorum urbariorum, ſalariique ipſis ex decimis aſſignati, varia de novo exorirentur, nunc non amplius fundum decimabilem, ſed potius culturam ejus ſpectantia diſſidia & querimoniæ, in diem adhuc continuatæ, admodum difficulter, & nunquam fere ſopiendæ.

§. XIII.

Controverſum maxime inter nos eſt hoc tempore, ad quem pertineat decimarum exactio ex ſolano tub. eſc. Initio mere inter obſonia referebatur hæc frugum ſpecies, cultura ejus ad hortos reſtricta, nunc ad reliquos fundos ægrosque exporrecta. Hac vero indies latius ſerpente, & in miram frequentiam abeunte, in Ducatu noſtro Hornbergenſes quæſtionem circa decimationem ſolani tuberoſi eſcul. a. 1745. primi moverunt, frugem hanc nulli prorſus decimationi obnoxiam, ſed ab illa plane exemtam, ſtatuentes. At ſententia hæc in maturiorem diſcuſſionem deducta, in Conſilio regiminis tum non adoptabatur, & Hornbergenſes, vi reſolutionis 12. Nov. 1745. emanatæ, deci-

mas ex hac fruge & quidem decimatori minori præſtare jubebantur. Parum vero ſibi de hac deciſione gratulabantur tum Hornbergenſes, tum Camera redituum ſecularium, licet in agris Hornbergenſium ex decimis minoribus quædam ad hanc pertinuerint, & variæ exinde controverſiæ exoriebantur, lite vel ad hunc usque diem nondum penitus ſopita. Stamhemii, qui pagus, ad Corpus Cammerſchreiberey Guth dictum, ſpectat, pari modo a. 1762. magna contentione in utramque, prout commodum cujusque tulit, diſputabatur, eodem vero adhuc anno per reſcriptum Cameræ redituum ſecularium, ad præfecturam loci directum, lis terminabatur, ex ſolano tub. eſcul. decimis, decimatori majori vindicatis. Et quum in pago Ottenhauſen ad præfecturam Neoburgenſem pertinente, decimator minor, decimas ex hac fruge ſibi adſcribere conaretur. Camera redituum ſecularium rem omnimodam ſupremæ deciſioni Sereniſſimi noſtri Principis reliquit, decimatori majori Ottenhuſano poſtea decimas ex ſolano tub. eſculenti immediate gratioſiſſime adjudicantis. In alia prorſus abiit principia Camera reditum eccleſiaſticorum. Adminiſtrationibus eccleſiaſticis (geiſtliche Verwaltungen) multifariam decimas minores exigendi jus competit, permultis parochis ex ærario Cameræ eccleſiaſticæ ſtipendium numeratur, iisque decimæ minores in partem ſalarii relinquuntur. Factum hinc eſt, ut & decimæ ſolani tuberoſi eſculenti ex agris quieſcentibus (Brachfeldern) parochis, tanquam decimatoribus, ut plurimum minoribus, adſignarentur, ac decimarum quidem minorum nomine Camera eccleſiaſtica inſigniret ſolanum tuberoſum eſcul. e plagis æſtate cultis (Sonnenfluren) perceptum. At vero, cum per generale illud Reſcriptum dd. 17. Jul. 1691. in materia decimationis omne punctum ferens,

&

& vel ſingulis parochis notiſſimum, tota decimarum minorum facies immutata, & per illud decimatori minori limites ita poſiti fuerint, ut in poſterum ad numerum ſingularum familiarum, in pagis intuitu decimarum minorum adſtringatur hic, & decimas non in genere, nec ubivis capiat, ſed pro numero ſingularum familiarum ſemper ex dimidio jugeri eines Morgens decimas minores accipiat, ita ut ſi centum familias, quæ ægros colunt, ponas in pago, ex quinquaginta jugeribus decimæ minores ipſi tantum paſtori obveniant: nunc omnis res eo redit, ut omne id, quod ex fructibus minori decimatori obnoxiis, adeoque etiam ſolano tub. eſc. poſt detractionem dicto modo parochi circumſcriptam ſupereſt, decimatori majori, in compenſationem, vel ut vulgo ajunt, *ſurrogatum* deficientium decimarum majorum vindicetur, utpote in quarum dominum alioquin per nimis frequentem culturam ſolani tub. eſc. aliarumque frugum, regulariter ad decimatorem minorem ſpectantium, maximum detrimentum ſingulis annis redundaret.

## §. XIV.

In tanto diſſenſu, quid juri conveniens inquirere animus eſt. Sæpe jam laud. B. *de* CRAMER in den Wezl. Nebenſt. *parte* CIX. p. 88. Ueberhaupt, inquit, iſt der groſſe und kleine Zehend *d)*



viel

*d)* CHRIST. HILD. SYRING. C. 13. Obſ. 17. „Es iſt probabel, daß vor Alters diejenige Früchten, welche heut zu Tag unter die minores gerechnet und unter dem kleinen Zehend begriffen werden, blos in denen Gärten erbauet worden, und daß demnach der Garten Zehend alle kleine Früchten begriffen habe. Dahero wenn auf freyen Aeckern und auſſer den Gärten dergleichen ſpecies die Früchten, als Kraut, Rüben, Flachs, Hanf, Hirs ꝛc gebauet werden, ſo ziehet der Boden gleichſam dieſe Früchte mit einem Nahmen an, und rechnet ſie zu den generoſioribus, mithin auch zu dem groſſen Zehend.„

viel zu unbeſtimmt, als daß man gewiſſe Sätze daraus zuverläſſig ziehen könnte, die Gränzen von einem und dem andern laſſen ſich nur aus jeden Orts Herkommen entnehmen, welches in determinandis decimis die ſicherſte Richtſchnur iſt. Hiernach ſind die Cartoffeln ſo ſchlechterdings weder zum groſſen, noch zum kleinen Zehenden zu rechnen, ſondern das entſcheidende Augenmerk iſt darauf zu richten, was der Fundus vor eine Eigenſchaft habe, an wen derſelbe vor Pflanzung der Cartoffeln allein zehendbar geweſen, in welcher Art dieſelbe gebauet worden, und wie es damit in den angränzenden Ortſchaften herkömlich ſey.„ Multum certe hæc ad rem facere poſſe confido, ſed quid? ſi decimator major & minor concurrunt & unicuique certa fructuum ſpecies aſſignata eſt. Rem expedire conatur FRANCISCVS DE ROYE in *Inſt. Jur. Can L. 2. c. 12.* quando inquit „decimas minutas pro cujuscunque loci copia vel penuria definiendas eſſe, & ſi præcipuus proventus ſive fructus parochiæ conſiſtat in illa ſpecie frugum, non pro decima minuta, ſed pro groſſa, ſive majore reputandum eſſe, & ad decimatorem majorem, non vero parochum ſpectare.„ Cujus autem, licet a fine hujus diſtinctionis non multum aberrantem, uſu tamen, quantum mihi liquet, nullibi probatam ſententiam meam indiſtincte facere non audeo. Nam in urbariis & cataſtris publicis ratione utriusque decimatoris plerumque proviſum eſt, ut jus decimandi, aut ad certum agrorum vel manſorum numerum, non conſiderato an fructus ſint majores an minores, an ſint veteres an novales, aut ad certas & determinatas fructuum ſpecies totius tamen loci diſtrictus, aut denique tam ad determinatos agros, quam ad certas tantummodo fructuum ſpecies ſeu genera diſerte ſit reſtrictum. Sed in novioribus fructibus, quales ſunt frumentum turcicum,

Welſch-

Welſchkern, pira terreſtria Erdbirn, poma terreſtria Erdäpfel, quando nulla adhuc in libris publicis eorum mentio fit, neque Principis decreto hucusque certo ſtabilitum eſt, neque conſuetudine determinatum, an ad majores ān ad minores referendi ſint, hæc FRANCISCI ſententia non multum rejicienda, ſed ejusmodi fructus, prout rarius frequentiusve quovis loco coluntur, pro groſſis vel minutis tam diu haberi poſſunt, quamdiu adhuc ſub judice lis eſt, ſupremi magiſtratus decretum deſideratur, & neuter decimator in poſſeſſione exiſtit. Cum quo & conſentit SCHMID in *comment. ad Jus Bavar. T. 3. tit. 28. art. 12. n. 2.* qui rariore agrorum cultura, & frequenter plantatis arboribus & decimas ex pomis præſtandas alias minori decimatori obvenientes majori vindicat decimatori. Multa certe heic in utramque partem diſputari poſſunt. Multa ſunt quæ pro parochis, multa & gravia quæ pro decimatore majore faciunt. Dicunt illi, eas plerumque fruges *e*) minoribus accenſeri decimis, quæ viridia habent folia, ad majores pertinere tantum decimas eos fructus, quos culmus profert, porrigique minores ex arborum fructibus, iisque quæ in hortis proveniunt, naturale itaque eſſe, quod ſolanum tub. eſc. viridia habens folia, & inde ab origine in hortis plantatam ad minores referatur decimas, adferunt, multos hucusque parochos ex indulgentia, tum Cameræ eccleſiaſticæ, tum ipſius conſilii Regiminis in poſſeſſione vel quaſi juris demimas ex ſolano tub. eſc. eſſe, adeoque obſervantiam pro ſe habere, in his caſibus jus quam maxime fundantem, conſuetudo enim & obſervantia ubique in jure decimandi dominantur.

 Etiam

*e*) ZINCKII Oecon. Lexicon ſub voce Zehend. v. HOCHBERG adeliches Landleben I. B. C. 62. SYRING. C. 13. Obſ. 16. BLUM vom Zehendrecht c. 8. §. 3.

Etiam in vicinis locis ſingularibus ſanctionibus, uti in terris Bado-Durlacenſibus factum eſt, ſolanum tub. eſc. ad minores decimas relatum eſſe, in iis autem controverſiis, quæ decimationem ſpectant, potiſſimum ad conſuetudinem vicinorum locorum recurrendum eſſe. *f*) Cum vicinitas per ſe operetur communicationem & extenſionem conſuetudinis in caſu communi. Multæ tamen etiam ex adverſo ſtant rationes. Bene enim ponderanda eſt veriſſima eorum Doctorum ſententia, qui decimas minutas ad determinationem urbariorum redigendas, vel ſi in his non denominata fuerit certa ſpecies & legitima deficiat obſervantia, docerique nequeat, eas pro frequenti uſu & cultura determinandas exiſtimant, & eo modo quid inter majores, quid inter minores pertineat decimas decidendum dicunt, cum ea quæ frequentius coluntur, veluti triticum, avena, ſiligo, & inter majores, eæ vero fructuum ſpecies, quæ rarius nec ubique locorum coluntur, inter minores referantur decimas. Si itaque quæſtio eſt, de ſolano tub eſc. tanquam fruge demum abhinc 20 — 30 annis frequentius ſeminata, de qua in antiquioribus urbariis nihil conſtitutum reperitur, initio quidem cultura hujus radicis in pauciſſimis locis, in parva quantitate & plerumque in experimentum facta eſt, ut decimatori majori non proſpectum, neque cum in iis tantum finibus cultura remanſit, vindicatum fuerit, poſtquam autem plantatio ejus ubivis frequens & communis fere facta, & ſucceſſu temporis ex hortis in agros quieſcentes, immo die Oeſche, quos vocant, ſolanum tub. ſeminatum eſt, eoque excrevit, ut experientia teſte plurimæ jam civitates præcipuum inde quæſiverint victum, & indies a ruſticis eorumque familiis majore fere

in

*f*) V. ESPEN Jus Eccl. p. 2. t. 33. c. 2. n. 39. MEVIUS p. 9. D. 70. n. 2. MENOCH. C. 221. n. 5.

in quantitate, quam triticum, ador, avena, ea & conſumatur, & quod reliquum eſt, pecoribus omnisque generis animalculis præcipuo ſit alimento; non dubium eſt, quin hæc nova fructuum ſpecies, cum jam frequentius quam aliæ, quæ ad majores referuntur decimas, colatur, & indies cultura ejus creſcat, inter majores vindicanda ſit decimas. Neque enim adverſa conſuetudo ſeu obſervantia eo effectu allegari poterit, ut præſcriptio exinde oriri poſſet, quum mera indulgentia utriusque Cameræ, tum ſecularis tum eccleſiaſticæ, in exactione decimarum ex ſolano tub. in hortis olim tantum culto, eo nunquam interpretari poterit, ac ſi ſummus Legislator jam deciderit, ad quam decimarum ſpeciem pertineat ſolanum tuberoſum. Nam ad conſuetudinem introducendam requiruntur non tantum actus, de quibus probabile, quod ad notitiam ſummi imperantis pervenerint, ſed etiam tales, qui conſenſum ſummi imperantis nec tollunt nec exceptioni obnoxium reddunt, eo autem mera Principis indulgentia nunquam erit extendenda, ac ſi conſenſum nullis amplius exceptionibus obnoxium declaraverit, cum ex eo tempore, quo exactio decimarum ex ſolano tub. magni momenti haud erat, ad præſens tempus, in quo tanta eſt ejus cultura, concludi nequeat, inprimis vero ad poſſeſſionem manutenibilem, non ſcientia tantum ſed & patientia requiratur, quæ quam adverſa fuerit huic obſervantiæ, ex variis jam in contrarium emanatis apparet reſcriptis. Quod idem etiam in terminis ſtatuit, VAN ESPEN *in Jur. Eccl p. 2. tit. 33. Cap. 2.* nunc fin. *de Dec.* Hinc ſtatuendum, quod ſi quidem certa ſpecies frugum in aliquo loco ſeminata fuerit, ſed in tam exigua quantitate, ut operæ pretium non videretur, ex iis decimas prætendere, quin & decimarum exactio notam aliquam avaritiæ & inhuma-

humanitatis præ ſe ferret, eo caſu non ſolutio decimarum ex ſimilibus fructibus nequaquam conſuetudinem introducat. Licet enim fruges eo in loco ſeminatæ fuerint, tamen non ſeminatæ fuerunt eo modo, quo feruntur fructus alias decimabiles. Quapropter ſi ſucceſſu temporis fruges illæ in magna quantitate & ad ejus uſum, in quem paſſim fruges decimabiles inſumuntur, incipiant ſeminari, prætendi nequaquam poterit, obſtare conſuetudinem 40 annorum non ſolvendi decimas ex hujusmodi frugibus ſed de illis judicandum erit, quaſi nunquam fruges in illo loco ſeminatæ fuiſſent, quia ſeminatæ non fuerunt in ea quantitate, ut honeſte decimari potuiſſent. Neque etiam vicinitas heic quidquam operatur, cum omnes in eo conſentiant Doctores, quod tum demum ad alterius loci conſuetudines recurri poſſit, ſi in dubia lite, neque commune jus, neque æquitas quid conſtituant, quæ poſterior autem inſigniter nos juvat, & in eo demum caſu tunc alterius loci conſuetudo allegari poſſit, ſi provocans ad eam cum provocato unius domini territorialis poteſtati ſubjectus ſit, adeo ut hoc requiſito deficiente alterius loci etiam quam proxime adjacentis conſuetudo inprimis in præjudicium tertii demum introducentia, non attendatur, neque ad eam recurri poſſit, ſive favorabilis ſit ea, ſive odioſa *g*). Adeoque heic ſtatuendum erit, quod, cum etiam in urbariis, tanquam fontibus decidendi, quæ alias majores minoresque decimas probe diſcernunt, nihil de ſolano tub. eſc. conſtitutum reperiatur, ille jam caſus exiſtat, ubi neque conſuetudo, neque leges, neque urbaria, quidquam conſtituant, adeoque res eo deducta ſit, ut

*g*) Conſ. Mib. Vol. I. Conſ. 26. n. 151. MEVIUS Conſ. 65. n. 173. HARPPRECHT Vol. nov. Conſ. 34. n. 46. c. I. Conſ. 4. n. 506. MASCARD de gen. Statut. Interpr. Concl. 2. n. 321. KLOK. Vol. I. Conſ. 29. n. 326. ſq. WESENBECIUS Conſ. 95. Vol. 2. Conſ. 18. n. 85.

ut frequentiori jam cultura hujus frugis expectanda ſit a Legislatore determinatio, novaque lex ferenda ſit. Licet enim Doctores in determinandis groſſis minutisve decimis mirifice diſſentiant, in eo tamen plurimæ conveniunt ordinationes decimales *b*), quod decimæ majores conſiſtant in omnis generis frumento, vino &c. minores autem in variis herbis, oleribus, lino, ovis, caſeis, &c. iisque frugibus quæ non tam frequenter coluntur & conſumuntur, adeoque in iis caſibus, ubi neque urbaria, neque lex, neque conſuetudo extant jam prædicta FRANCISCI *de* ROYE adoptanda erit regula, & omne id, cujus frequentior eſt proventus in parochia ad majores referendum erit decimas. Quum igitur his temporibus in eum ſtatum pervenerit cultura ſolani tub. eſc. ut haud minus frequens ſit quam cultura fructuum communiter ad majores decimas relatorum, tantusque in œconomicis ejus uſus ſit, ut non amplius tanquam ſpecies obſoniis modo inſerviens conſiderari queat, ſed tritico, adori, ſiligini, avenæ, ex quibus commune paratur alimentum, æquiparandum ſit, pari etiam jure cum majorum decimarum ſpeciebus habenda erit. Quod eo magis locum habere poteſt, quo clarius ex ipſa jam denominatione majoris & minoris decimæ ſatis adparet, determinationem harum decimarum pendere a frequentiore & majore, vel rariore & minore fructuum cultura. Si itaque conſideremus, nullum fere inveniri ruſticum, qui ex agris ſuis non tantum ſolani tub. eſc. quantum tritici, vel ſiliginis, vel avenæ percipiat, eo minore æquitate a minori decima-

*b*) B. ESTOR. in der bürgerlichen Rechtsgelahrtheit der Teutſchen P. III. §. 479. BESOLD ſub voce Zehend.

cimatore vindicari poterit, quum ille, ob inſignem ejus culturam, plures fructus, quam ipſe decimator major perciperet. At non ex hac tantum ratione, ſed ex alio etiam fundamento majori tribuendum erit decimatori. Plantatum olim ſolanum tub. in hortos & ad illud deſtinatos agellos, nunc non amplius in eos, ſed in ipſas plagas per hyemem vel æſtatem cultas Winter- oder Sommer Oeſch & inprimis in agros quieſcentes die Brach, ſeminatur, & in eundem uſum, in quem & majorum decimarum ſpecies cedunt, adhibitum, culturam minorum fructuum minuit, præcipue autem in agros quieſcentes ſeminatum, proventum reliquorum ad majores decimas relatorum fructuum minuit & opprimit. Ea enim fructuum genera, quæ in ſolo gignuntur, & forti herba effloreſcunt, agros graviter defrugare veriſſimum eſt. Neque illud nobis obſtat, quod frequentem in cultura ſolani obſervandum laborem mitius cultiusque ſolum, adeoque magis fructiferum reddere dicant, ſi ipſa experientia jam ſatis comprobatum eſt, quod frequens agrorum quieſcentium ſeminatio dimidium proventum, illius poſtea ipſis per hyemem inſerti ſeminis, der Winterfrucht auferat, neque, quod amplius adferunt, frequentior nempe ſtercoratio agrorum, antequam fructus hyberni ſeminentur, quid juvet, & minori decimatori jus tribuere poſſit, ſed potius Decimatori majori tanquam ſurrogatum, tritici, ſiliginis, avenæque ceſſantis *i*) vindicanda ſit. Teſtatur hæc B. *de* CRAMER in den Wezl. Nebenſt. *P. XII.*

*i*) Idem ſentire videtur EXC. FRID. CAR. V. MOSER in den vertrauten Brieſen über das proteſtantiſche geiſtliche Recht 24 Br. p. 329. his verbis: Sie wiſſen, was Erdäpfel ſind. Man hat von dem Anbau derſelben mehrern Vortheil als von der Getrayde Auſſaat, und ſiehet daher

*P. XII. p. 51.* expreſſis verbis *k*) "Wer von dem Feldbau nur die mindeſte Kenntniß hat, der weiß und muß bekennen, daß die Wurzel·

daher von Jahr zu Jahr mehrere Felder mit Erdäpfel blühen. Das hat nun Gelegenheit zu einer neuen Rechtsfrage gegeben, davon zeithero noch in keinem Buche nichts enthalten geweſen.

Ob nehmlich ein Pfarrer, der von ſeinen Pfarr-Kindern den Zehnden bekommt, ihn auch von den Erdäpfeln als von einer neuen Frucht fordern könne?

Meine ohnmaßgebliche Gedanken hievon ſind folgende:

1) Wo ein Pfarrer den Zehnden von allen Feldgewächſen überhaupt bekommen muß, da müſſen nach den trivialſten principiis auch die Erdäpfel dieſer Abgabe unterworfen ſeyn, womit auch Textus I Can. Cap. 5. & 6. X. de Decim. C. 17. X. de privileg. C. 7. in 6to de privileg. übereinſtimmen

2) wo aber ein Pfarrer den Zehnden nur vom Getrayde bekommt, da ſind die Erdäpfel, weil ſie keine Art des Getraydes ſind, dem Zehendrecht ſtricto jure nicht unterworfen.

3) dafern jedoch der Anbau ſich merklich vermehrt, ja gar häufiger wird, als die Getrayde Ausſaat, ſo ſind die Erdäpfel billig als ein Surrogatum des Getrayds anzuſehen, und dem Zehendrecht zu unterwerfen, zumal

4) dieſe Frucht zur Koſt und Fütterung vor Menſchen und Vieh ſo gut als Getrayd zu gebrauchen, mithin jederzeit in der Pfarr-Kinder Willkühr ſtehen würde, den Decimatorem um den gröſten Theil ſeines Zehenden zu bringen, wenn die Erdäpfel frey ſeyn ſollten. „ ꝛc.

k) Confirmantur hæc *Reſcripto W.* *de d.* 25. *Juny* 1774. Endlich weil wir wahrnehmen müſſen, daß der Bau der vielerley kleinen Zehendſorten an Hülſen-Früchten und andern Gattungen je länger je mehr in denen ordinairen Acker-Zellgen übermacht wird, daß mancher Orten die Sommer Zellg zu 2 Drittel ja bis auf die Hälfte damit angebauet, nicht weniger die Brachzellg zum Schaden der folgenden Winterſaat, wo es nicht beſonders gutes Feld iſt, zu ſtark angebauet wird, auf dieſe Wege aber der Bau der vorzüglichen Mehl- und anderen gröſſeren Zehendſorten ſehr abnehmen muß, ohngeachtet eine ſolche Uebermaß des vermiſchten Bauens und der Verpflanzung der Brachzellg je und je



vor

Wurzelgewächs die Aecker mehr ausſaugen, als die Früchten, wozu ſie eigentlich gewidmet ſind, mithin müſſen dieſelbe nach ſolcher Beartung entweder auf das folgende Jahr brach liegen, oder wenn der Acker ja beſamt wird, ſo trägt er doch kaum halbe Frucht, einfolglich hat der Zehendherr auch im andern Jahr entweder gar keinen, oder doch zum höchſten nur halben Zehenden zu gewarten, und iſt alſo alle Jahr darinn enormiſſime und dergeſtalt verkürzt, daß er vor zweymahlige Erndte kaum einfache richtige decimas bekommt; Solchergeſtalt iſt mehr denn recht und billig, daß der Decimator vor ſolchen Abgang den Zehenden beziehe, und ſich davor ſchadlos halte." Illud autem figmentum, quod nimirum agri cultura ſolani tub. melius præpararentur, his refutat verbis c. l. p. 51. §. 32. Zu bewundern war hiebey, daß die Unterthanen behaupten wollen, als wenn die Brachfelder durch Grundbieren zum künftigen Bau deſto beſſer præparirt würden, da das Gegentheil ſonſt ſtatuirt wird, daß nehmlich der ordentliche Fruchtzehend dardurch, daß die Brachfelder nicht in Ruhe liegen bleiben, merklich geſchwächt werden. Ein jeder begreift leicht, daß, wenn bey jenen Feldern, ſo nicht brach liegen, ſondern ein in das andere Jahr gegen die vorige Gewohnheit angebauet

vor unnützlich und unzuläßig erkannt und deßwegen durch verſchiedene ältere und neuere General-Verordnungen inhibirt, und dagegen das flurmäßige Anbauen derer Zellgen (auſſer wo in Ermangelung genugſamer zum Bau derer kleinen Zehendsorten eigentlich beſtimmter Länder das vermiſchte Bauen einigermaſſen *per tolerantiam* zugelaſſen iſt) wohlbedächtlich gnädigſt anbefohlen worden, ſo wollen wir hiehero den Inhalt der vorigen gnädigſten Verordnungen und inſonderheit, ſo viel die Ruhe vor die Brachzellg betrift des Herzogl. *Reſcripti* vom 15. Febr. 1736, und in Anſehung des Verbots des vermiſchten Baues der Sommer Zellg der Herzogl. Zehendordnung ſelbſt, und der Herzogl Reſcr. vom 17. Julii und 16. Jul. 1746. gnädigſt wiederholt haben.

gebauet werden, das Erdreich ſich nicht ſetzen, und fermentiren, ſo mittelſt in ſeiner vollkommenen Kraft beartet werden kan, ſelbig von dem ehemaligen Ertrag nicht mehr ſeyn können, ſondern daran ein nicht geringer Abbruch verſpürt werden müſſe *l*). Quibus præmiſſis ulterior adhuc ea accedit ratio, quod in Reſcripto generali dd. 17. Jul. 1691. diſerte conſtitutum & proſpectum ſit, daß jure decimandi parochorum in urbariis ad certam fructuum ſpeciem reſtricto, „blos von derjenigen Gattung, ſo ihnen in ſolchem Diſtrikt zugeſchrieben, der Zehenden von ihnen eingeſammelt, von **übrigen** Früchten aber der Zehende von denen Herrſchaftlichen Beamten eingezogen werden ſollte.„ Quum itaque decimatorum minorum jus, præciſe ad certas ſpecies in urbariis determinatas, in Ducatu reſtrictum ſit, neque in ullo unquam urbario ſolani tub. tanquam frugis ad minores decimas pertinentis mentio fiat, & fieri poſſit, omnes autem, reliqui **übrige** fructus majori decimatori competant, minor decimator extenſivam interpretationem neque in auxilium vocare, usque ab una ſpecie minori decimationi ſubjectorum fructuum ex. gr. a. rapis, cepis valide concludi queat, verbis von allen übrigen Früchten diſerte caventibus, ut nemo niſi major decimator extenſivam adhibeat interpretationem; ob frequentiorem hodie culturam ſolani tub. Principis determinationi relinquendum erit, ad quas in poſterum pertineat decimas, etiam ob hanc verbi

 übri-

*l*) Exſtat in der Orth. Sammlung würdiger Rechtsfälle II. Th. p. 42. Reſponſum facultatis juridicæ *Gieſſenſis* in Sachen des Stifts ad St. Bartholomæum binnen Frankfurt am Mayn contra die Einwohner der Gemeinde Niederrode, in quo decimæ ſolani tub. eſc. ad *minores* decimas relatæ ſunt, reformata in Judicio Cameræ imperialis die 28. Febr. 1771. in von CRAMER Wetzlar. Nebenſt. P. CIX. Num. 5. p. 99.

übrigens ſignificationem *m*) majoribus interea accenſendis decimis. Neque enimvero tali Sereniſſimi Principis deciſione gravatos ſe dicere potuerunt parochi. Licet enim cum nonnullas in urbariis olim decimis minoribus annumeratas fructuum ſpecies plantandi cupido exoleverit, parochis ex iis decimis non amplius in tanta quantitate obvenientibus, videri poſſet, quod, ſi novas fructuum minorum ſpecies in urbariis non denominatas ſibi vindicare parochis non permiſſum eſſet, minueretur in diem eorum jus decimandi & illi ſenſim ſenſimque omnimodam ejus paterentur jacturam, experientia tamen teſtatur, quod avenæ cultura in Germania olim maxime frequens in deſuetudinem abierit, eamque fructuum inprimis minorum veluti cicerum, lentium, viciarum, lini &c. plantatio exceperit, & præcipue diverſa raparum genera, quæ olim non colebantur, nunc in magna quantitate plantentur, ex iisque ſolis parochis decimæ minores vi urbariorum & obſervantiæ competant, prætereaque factum ſit, ut dominus territorii, prouti rationes ferebant, parochis exactionem decimarum ex novo fructuum genere in urbariis non præciſe denominato aſſignaverit, quod de prunis damaſcinis, Zwetschgen in Reſcr. dd. 15. Febr. 1715. obſervari poteſt, in quo notabilis ille paſſus extat „daß in dem ganzen Herzogthum die Zwetſchgen als eine kleine Zehendfrucht geachtet, und denenjenigen Pfarrern und andern, ſo den kleinen Zehenden zu genieſſen haben, von denen Unterthanen gleich andern kleinen Zehendfrüchten ohnverwaigerlich gefolgt werden ſollen, und zwar ſolches der

*m*) STRYK Differt de & cætera. WERNHER Obſ practicæ ſub voc. Uebrigens. STRAUCH. Lex. particular. juris ſub voce Uebrigens.

der etwa vorzubringenden widrigen Gewohnheiten, Herkommen, Verjährung oder dergleichen wie es Nahmen haben mag ohngeachtet. Miniſtris eccleſiæ eo ſatis jam factum, & ſufficiens damni compenſatio obvenit, eum in modum expreſſo Sereniſſimi Principis Reſcripto, horum arborum omniumque pomorum cultura aucta & promota, ut etiam in omnibus publicis viis fructiferos plantare arbores nuperrime rurſus conſtitutum fuerit; cultura aliarum ad minores decimas relatarum frugum v. gr. cicerum, raparum præſertim etiam der ſogenannten Burgunder- und der Sturfel-Rüben ſemper latius ſerpente. Quod, ſi exiguam minorum decimarum æſtimationem e libris, in quibus ſalaria parochorum annotata reperimus, cum præſenti, quem ex minoribus decimis percipiunt, proventu conferemus, facile adparebit, eo magis æquum eſſet, ut decimator minor, plus jam quam antea e minoribus fructibus percipiens, eo contentus intra fines ei conſtitutos maneat, decimatorique majori hanc ſpeciem, ubi juſto frequentius colitur, tanquam ſurrogatum reliquat. Sicuti enim leges volunt, *C. 2 de Dec. in 6to C. 9. eod.* ut ſi per variationem culturæ nimis gravaretur parochus, quia decimæ, quæ ipſi competunt ob mutatam culturam jam non ſolvuntur, compenſatio ipſi facienda ſit ab eo, qui decimas frumenti colligit, ita ex adverſa parte nihil æquius eſt, quam ut etiam majori decimatori notabile damnum patienti ſatisfiat, & minorum fructuum pars ipſi loco ceſſantium groſſorum cedat. Et poterit hoc ſane etiam invito minore decimatore facere major decimator dominus territorialis. Competit ipſi poteſtas dirimendi lites inter utrumque decimatorem obverſan-

ſantes, ſubveniendi damnum incurrenti *n*) in decimando fructus majores minoresve ordinem præſcribendi, culturam certæ fructuum ſpeciei prohibendi, licet in propria etiam cauſa jus dicat.

§. XV.

Hæc itaque quæ hactenus dicta ſunt ad patrias nunc adplicemus conſtitutiones. Eſt vero hic patriæ noſtræ ſtatus, ut plerisque in locis Princeps majores & parochi minores habeant decimas, & ea ratione jam dudum agri diviſi fuerint, ut ea fructuum genera, quæ ad majores pertinent decimas, veluti triticum, ſiligo, avena, ſecale, zea, in ordinarios agros die Zellgen, cum diſtinctione uti dicunt des Sommerigen und Winterrichen ſerantur, illa autem, quæ ad minores referuntur decimas v. g. rapæ, piſum, lentes, in agros iis deſtinatos die Länder & pro ratione agrorum in quieſcentes agros plantentur, ut hoc modo evitentur altercationes & controverſiæ utriusque decimatoris. At jam olim, de qua & nunc quæruntur, tanta culturæ mutatio contigit, ut in plagas majores, die Oeſche, Fluren dictas, fructus, qui ad majores numerantur decimas, & in ſeparatos fundos die Länder, parochis ad exactionem decimarum minorum adſcriptos, fructus majores generoſiores ſererentur & propter hanc culturæ variationem in exactione decimarum multæ exortæ ſint controverſiæ majorem inter & minorem decimatorem, inprimis autem parochi gravatos ſe dixerint, jam anno 1691. dd. 17. Julii Reſcriptum illud Ducale emanavit, quod adhuc pro norma eſt, & in diem adhuc ſervatur.

§. XVI.

*n*) SCHÖPFF. D. de Decimis p. 28.

## §. XVI.

Liceat nunc ante omnia generalem hanc in exigendis decimis conſiderare normam, a parochis centies jam damnatam; liceat jam æquitatem & juſtitiam ejus vindicare & aſſerere. Expoſitis iis, quas nunc examinare mens eſt, quæſtionibus, & æquitas patebit. Integra ſurrogati hujus ratio in ſequentibus ſe fundare videtur quæſtionibus.

I. An obligatio ad præſtandas decimas afficiat *fundos* decimabiles, adeoque jure *ſoli* præſtandæ ſint decimæ, an potius *fructibus* inhæreat, & jure *ſeminis* debeantur?

II. An in iis caſibus, ſi in plagas majores die Oeſche, fructus qui ad minores decimas, & in ſeparatos fundos die Länder, fructus, qui ad majores referuntur decimas, ſeminentur, licitum ſit a poſſeſſoribus fundorum binas exigere decimas?

III. Quisnam bina hac exactione pro illicita habita, utroque decimatore concurrente, ſolus exigere poſſit decimas?

IV. An libero arbitrio poſſeſſorum relictum ſit, fundos quocunque velint fructuum genere ſeminandi, annon potius decimator, ſi ſimul eſt dominus territorialis, ordinem modumque iis præſcribere poſſit?

Primæ quæſtionis effectus in eo ſeſe exſeret, quod ſi obſervata ea indubitata & recepta diſtinctione agrorum der Oeſche, Zelgen oder Fluren eorumque fundorum, die Länder dictorum, præſtatio decimarum dependeat a jure ſoli ipſiusque prædii, jam allegata controverſia eo decidenda foret, ut in primo agrorum diſtrictu decimator major, in altero autem parochi ſine ulteriore disquiſitione quid iis inſertum fuerit, aut adhuc inſeratur,



deci-

decimas exigendi jus haberent. Et negari quidem non poteſt, multos eſſe magni nominis ICtos, qui decimas onus reale prædiorum eſſe dicunt, eamque ſententiam ſuam expreſſis Iuris Canonici textibus firmant, per *C. nuper 34. X. de Dec. C. Tua nobis 26. in fin. X. eod. Cap. ult. X. de paroch.* Sed tamen contraria eorum ſententia, qui nempe decimas non ipſam fundi ſubſtantiam afficere, ſed in accidentibus hærere, neque ONVS *fundorum* ſed *fructuum* eſſe contendunt, melius fundata eſt, quod non tantum ex ipſa decimarum definitione, quæ portio proventuum a lege determinata a domino proventuum illi præſtanda, qui jus habet easdem exigendi dicuntur HARPPRECHTO in alleg. *Diſſ. P. II.* ſed & ex ipſis juris canonici textibus *C paſtoralis 28. X. de Dec.* & *cap. 33 Eod.* & recepta diſſentientium Doctorum ſententia apparet, WERNDLE *Tr. de Dec. l. 3. c. 2. p. 244. l. 3. c. 6. p. 278. de Dec. p. 12.* ſed adhuc eo firmatur, quod in contrarium allegatæ rationes nullius pene momenti ſint. Prædicti enim J. C. textus plane non adverſi ſunt noſtræ ſententiæ, ſed diſerte agunt de decimis prædialibus, ſive realibus, quæ de fructibus ex prædio perceptis debentur, non in oppoſitione ad fructus, quaſi pontifex dicere vellet, eas decimas ratione prædiorum & non fructuum deberi, hoc enim ex contextu nuſpiam apparet, ſed in iſtis locis ratione prædiorum decimas deberi dicit ille, in oppoſitione ad decimas perſonales, quæ debentur ex lucro, quod quis ſua induſtria vel opera licita fecit. Prouti etiam pro decimis reſiduis non datur actio contra novum prædii poſſeſſorem. Vnde facile jam concludi poteſt, quod decimæ debeantur jure *fructuum* non *prædiorum.* Ad alteram itaque progredior quæſtionem facilius nunc & paucis determinandam, an nimirum

mirum licita ſit duplex exactio! Cum decimæ jure fructuum e prædio provenientium & collectis demum fructibus præſtandæ ſint, *C. a nobis 24. X. de Dec.* & vulgata ea obſtet regula, quod ſemel decimatus amplius decimari nequeat, neque duplex earum exactio, neque æſtimatio, quæ in locum rei ſuccedat, locum habebit. Provenit inde tertia quæſtio maxime controverſa, quisnam utroque decimatore concurrente ſolus exigere poſſit decimas? Si ſimpliciter ex hypotheſi Doctorum catholicorum, vel etiam ipſius Iuris Canonici heic pronuntiandum eſſet, pro parocho ſemper decidendum foret, cum de I. C. *Cap. ult. X. de Dec.* regulariter ad quemlibet parochum decima ex prædiis, quæ in iſta parochia ſita ſunt, pertineant, isque contra quemlibet poſſeſſorem juris decimandi etiam ipſum Epiſcopum fundatam habeat intentionem. Verum notiſſimum eſt, quod, etiamſi in proteſtantium foris ſæpius in materia decimarum ſpectetur jus Canonicum, illud tamen non in omnibus ejus particulis, ſed cum diſtinctione principiorum religionis obſervetur, adeoque ad meliorem hujus quæſtionis enucleationem primo loco monendum eſt, quod, licet jus poſitivum morale condigna Eccleſiæ miniſtris præbere præcipiat alimenta, obligatio tamen præſtandi decimas, ut jam ſupra monitum eſt, neque ex jure naturæ, neque ex lege divina morali, ſed unice ex jure poſitivo humano derivanda ſit, neque ex hac ratione decimæ pro re ſpirituali Clericis præciſe debita, ſed pro bonis eccleſiaſticis habendæ ſint, diſpoſitioni ejus relictis, qui ex translato jure collegiali jurisdictionem eccleſiaſticam habet. Ob quam etiam rationem, tum ante reformationem decimæ eccleſiaſticæ multis in locis, laicis vel ob collata in Eccleſiam beneficia, vel etiam alias

 ratio-

rationes in feudum conceſſæ ſunt, tum etiam poſt reformata ſacra factum eſt, ut ſuſpenſa per transactionem Paſſavienſem & pacem religioſam judisdictione eccleſiaſtica in territoriis proteſtantium, & ceſſis principibus & ſtatibus imperii juribus epiſcopalibus, etiam decimæ earum adminiſtrationi ſubjectæ & miniſtris eccleſiæ certa ſalaria ſive in pecunia numerata, fructibus & vino, ſive aſſignato decimarum uſufructu conſtituta fuerint, quod idem etiam in noſtro contigit Ducatu, ita, ut eccleſiæ miniſtris, quibus in eo decimarum competit uſusfructus, nunc neque ad jus divinum, neque ad conſtitutiones canonicas, ſed ſolummodo ad ea mandata, vi quorum ad certam parochiam confirmati ſunt, vel ad urbaria in quibus deſcribuntur decimæ, provocare poſſint. In prædictis autem urbariis duæ occurrunt formulæ, ſive enim majores & minores decimæ per diſtrictus locorum nominatim expreſſos & deſcriptos, v. g. der Pfarrer innerhalb Etter, die Herrſchaft auſſerhalb Etters den Zehenden habe, ſive per ſpeciem fructuum, ſine denominatione certi loci diſtrictus, ſeparantur & diſcernuntur. In primo caſu, ſi loci diſtrictus, in quo parochus decimas habeat, nominatim expreſſus, neque jus decimandi ad certam fructuum ſpeciem reſtrictum eſt, parocho decimæ de omnibus, quæ in illo diſtrictu proveniunt, etiam de novis fructibus, qui nunquam ibi locorum plantati fuerunt, & in vicinis locis decimatori majori competunt ex eo fundamento debentur, quia jus ſuum decimandi in jure univerſali, quod ad omnes & ſingulas ſeſe extendit fructuum ſpecies, fundatum eſt, & adeo late patet, ut licet tota fundi qualitas mutetur, ager in vineam, & vinea in agrum convertatur, ipſi nihilominus de novo illo proventu decimæ præ-

præſtandæ ſint, neque cuiquam competat, eum in jure ſuo turbandi. Quodſi vero jus decimandi parochi, præter determinatum loci diſtrictum, etiam ad certam fructuum ſpeciem v. gr. cicerum, raparum, &c. reſtrictum eſt, tunc ſeminato in eodem diſtrictu alio fructuum genere v. g. tritici, avenæ &c. ipſi permiſſum non eſt, hos tum in aſſignato diſtrictu, tum extra eum ſeminatos ſibi aſſerere, quoniam jus ejus non univerſale, ſed tantum & ratione loci & ſpecierum fructuum particulare eſt, adeoque neque ad alium locum, neque ad aliam fructuum ſpeciem extendi poteſt. In altero caſu, ſi urbaria certum loci diſtrictum non determinant, ſed tantum de ſpeciebus fructuum loquuntur (quod plerumque in patria noſtra ita obvenit, ut monaſteriis & adminiſtrationibus eccleſiaſticis & ſæcularibus majores decimæ, e. g. triticum, ſecale, avena, zea, & omne quod culmus profert, ſo weit des Flecken Markung, Zwäng und Bänn gehen, & parochis minores decimæ v. gr. linum, ciceres, lentes &c. gleichfalls, ſo weit des Flecken Zwäng und Bänn gehen competant) regulariter uterque decimatorum ex eo fructuum genere, quod urbaria ipſi aſſignarunt, exigendi jus habet, quocunque deinceps loco ſeminati fuerint fructus, & quidem ex jam allegata ratione, quod nimirum decimæ onus *fructuum* non *prædiorum* ſint, fructus autem per urbaria diſtincti, & quod uterque decimatorum exigendi jus habeat ſpecifice in iis determinatum ſit. Sed quum ſæpiſſime contingat, ut in plagas majores die Oeſche, fructus minores, & in ſeparatos fundos die Länder dictos, majores & generoſiores fructus ferantur, & uterque decimatorum jacturam juris ſui faceret, eumque culturæ modum ruſticis vel non concedendum exiſtimet, vel ad mini-

mum compenſationem damni expoſcat, quarta exoritur quæſtio, an libero relictum ſit arbitrio fundi poſſeſſorum, quonam fructuum genere agros ſeminare velint? Multum heic in utramque partem diſputatur. Conqueruntur, & dicunt, talem culturæ variationem impingere contra legem publicam, & in præjudicium juris tertii decimatorum nempe fieri, aut enim retinendum eſſe præſcriptum culturæ modum, aut decimatori compenſationem damni faciendam aut eam culturæ variationem a decimatore reſtringendam eſſe. Et poſterior fortaſſis breviſſima eſſet via. Attamen contra hanc culturæ prohibitionem notiſſima pugnat regula, quod quilibet ſit rei ſuæ moderator & arbiter, *l. 21. C. mand.* & quod in eo demum verus conſiſtat dominii effectus, ut unicuique domino liberum ſit, fundum ſuum, prouti vult, & œconomicis ſuis rationibus optime conſultum putat, colere; quid quod pro hac ſententia etiam a majori ad minus concludi poteſt. Si enim in arbitrio fundi poſſeſſorum poſitum eſt, quod ex *C. commiſſum 4. X. de Dec.* probatur, integram fundi decimabilis faciem mutare, ex agro vineam facere, non attento decimatoris diſſenſu, ſi modo præſtentur decimæ, nec deterior reddatur decimatoris conditio; quanto magis ei licitum erit, ſine mutatione culturæ, mox hanc, mox aliam fructuum ſpeciem agris inſerere, unde ſatis apparet, quod veriſſima ſit eorum ſententia, qui in poteſtate dominorum poſitum eſſe volunt, quo fructuum genere agros ſuos ſeminare velint, neque decimatorem, qua talem, ſi modo jus decimandi illibatum maneat, illis quidquam præſcribere poſſe contendunt. Verum alia heic ſubeſt ratio, ſi decimator ſimul eſt dominus territorialis. Quamvis enim decimator qua talis Domino fundi nihil

hil præſcribere valeat, aliter tamen dicendum eſt, ſi decimator ſimul eſt dominus territorialis, & ratio publicæ utilitatis expoſcit, quid quam circa modum colendi agros determinare. Cum enim dominia privatorum imperio Principis aut civitatis ſubſint, & reipublicæ expediat, ne quis re ſua male & contra publicam utilitatem utatur, §. *ult. Inſt. de his, qui ſui vel alieni juris ſunt*, nunquam gravatos ſe dicere poterunt ſubditi, ſi modum finemque ipſis præſcribat Princeps. Prouti enim ſalva ea juris conſtitutione, quod unicuique integrum ſit faciem fundi ſui mutare, ſummus legislator in patria noſtra, ex rationibus publicæ utilitatis prohibuit, prata & hortos in vineas convertere, *W. Landsordn. tit. XXI. General- Reſcr. dd. 10. Dec. 1641.* & *21. Iul. 1649.* ita pari jure & autoritate & ex ſimilibus rationibus circa modum ſeminandi agros, alias arbitrio dominorum relictum, finem modumque præſcribere, & majori minorique decimatori jus dicere potuit. Hoc finium, ut ita dicam, regundorum judicio, quam ſumma æquitate & obſervato utriusque decimatoris jure functa fuerit tum temporis Legislatrix MAGDALENA SYBILLA gl. m. ex iis, quæ nunc dicenda erunt, adparebit. Certum eſt, quod jam a tempore reformationis vi juris circa ſacra jus formale percipiendi decimas tam groſſas quam minutas Principi per modum dominii directi, actualis decimarum minutarum perceptio autem parochis jure dominii utilis relicta ſit, partemque ſalarii illis aſſignati conſtituat, quod illi parochi, quibus decimarum exactio competit, ſimul adhuc fructus, pecuniam vinumque percipiant, neque ad decimas tantum pro temporis ratione rariores vel frequentiores reſtricta habeant ſalaria, eaque pars ſalarii, decimas puto, ab initio ſta-

tim

tim æſtimata, & ad æs revocata, temporeque conſtituti ſalarii ille proventus æſtimatus fuerit, qui factæ æſtimationi æquipollebat, quod etiamſi ea æſtimatio ad adcuratiorem calculum non computanda & hodienum quid parochis debeatur præciſe exinde determinandum ſit, extenſio tamen non in infin tum & inprimis in notabile præjudicium decimatoris majoris facienda ſit, idque eo minus, cum negari non poſſit, quod in Würtembergia ubique locorum ab antiquiſſimis temporibus majores minoresve decimæ non aſſignato certo loci diſtrictu, ſed denominata certa fructuum ſpecie diſtinctæ, & ille ſemper agros colendi modus obſervatus fuerit, ut majores fructus plerumque in plagas majores, die Oeſche, minores in fundos ſeparatos die Länder ſeminatæ fuerint, ad quod ipſum etiam tempore conſtitutorum ſalariorum attendiſſe videtur Princeps. Quibus præſuppoſitis ſequentia prono alveo fluunt Axiomata:

I. Quicunque parochus minores decimas in ea quantitate percipit, quales eæ tempore conſtituti ſalarii fuerunt, & anteceſſoribus ejus obvenerunt, ille, quod ipſi debetur, percipit, neque plus ſibi vindicare poteſt.

II. Omnis autem, qui notabile circa eas facit detrimentum, propter culturæ immutationem, ille ſummo jure, a Principe ut damnum ipſi reſarciat, rogat, neque æqua ei poterit denegari compenſatio.

III. Quicunque vero ultra id, quod ordinarie ipſi debetur, propter variationem ſationis, contra ordinem hactenus ſolitum ſuſceptam, cum notabili præjudicio decimatoris majoris poſcit, gravatum ſe dicere nequit, ſi ſummus legislator

eo

eo procedit, ut ſubditis certos in cultura minorum fructuum præſcribendos fines, perceptionemque decimarum eccleſiæ miniſtris debitam, per viam æquitatis ad primam menſuram, & juſtam ſalarii competentis conditionem redigendam curet.

## §. XVII.

Veriſſimas nunc has conſequentias conſiderantes & examinantes ſummam illius Reſcripti æquitatem agnituros eſſe nullus dubito. Et nova inde exſurgere video ſententiæ ejus ſolanum ad majores decimas vindicantis argumenta. Expediti enim juris eſt, quod ubi officiali ſolitum ſalarium promittitur, illud promiſſum eſſe intelligatur ſalarium, quod deceſſor ejus ſeu prædeceſſor immediatus habuit, & noviſſimi ſeu præcedentes anni ſpectentur; ad eosque fiat relatio, incerta vero eſſet liberalitatis voluntas ſi Princeps ultra capere permitteret, quam promiſſum eſſet, & quidem cum præjudicio decimarum majorum, quod Princeps quidem, ſi velit, facere poteſt, miniſter eccleſiæ autem tanquam debitum exigere non poteſt, quodſi vero ille conſuetum ſalarium quod ad honeſtam ſuſtentationem miniſtri eccleſiæ ſufficiens creditum eſt, non recipiat, ad juſtam illud primi ſalarii menſuram redigere æquitas jubet, prouti & ex adverſa parte juſtum eſt, ut, ſi ex iis, quæ Principi addicta ſunt bonis, plures, quam ex prima conſtitutione ſalarii debentur parochis, propter variationem culturæ & ſationem perciperent decimas, easque juxta ſummum rigorem urbariorum exigerent, etiam majori decimatori compenſatio facienda ſit. Vindicato itaque ſolano tub. eſc. decimatori majori nullum miniſtri eccleſiæ juris facerent jacturam, cum ubique locorum, ubi obſerva-

to agrorum ordine, den Zellgen nach, colitur, minores fructus non tam in exigua quantitate colantur, ne ſemper, etiam detracto ſolano, tantus jugerum numerus, ciceribus, viciis, lentibus, rapis, lino conſitus reperiatur, quantus ad illud requiritur, ut minori decimatori debita exactio ſalva maneat, & primam ſalarii conſtitutionem longe excedat.

§. XVIII.

Confirmatum eſt hoc, in quo tam feliciter conſervatum eſt decimatori majori jus ſuum, parochis ſalaria non minuta, ſubditis reſtricta culturæ mutatio non nimis moleſta & gravis facta eſt, variis novioribus, quorum præcipua adferre operæ pretium erit, Reſcripta.

Repetita eſt Reſcripti dd. 1691. d. 17. Julii ſanctio in Reſcripto dd. 4. Jun. 1737. Et in Reſcripto dd. 10. Jun. 1746. legitur Nachdem wir auch ferners warzunehmen gehabt, daß in vielen Aemtern des Lands wenig und faſt gar kein Haber mehr angebauet, ſondern 1. bis 2. Drittel der Zellgen und Oeſchen mit Gerſten, Erbis und andern an einigen Orten vom kleinen Zehenden *dependirenden* Früchten Unſerer Fürſtl. Renkammer zum Schaden, denen aber welche unter dem kleinen Zehenden auch die Gerſte Lagerbuch mäſſig zu *gaudi*ren haben, zum *Faveur* und Nutzen angeblümt zu werden pflegen, dieſe theils Orten in den kleinen Zehenden gehörige Früchten aber, nicht in die zur Anblümung ausgeſetzte Zellgen, ſondern *regulariter* in die Brachfelder oder ſogenannte Länder gebauet, einfolglich die *ordinari* Anblümungs Felder mit keinen andern Sorten Früchten, als wovon Fürſtl. Renkammer den groſſen Frucht Zehenden zu ſuchen, bey der darauf geſetzten *legal*-Straf *a* 10 fl. eingeſäet, von jenem aber,

was

was auf die Brachfelder gebauen, und in den kleinen Zehenden gehörig Fürſtl. Rentkammer nach denen *general* - *Reſcr. de anno* 1691 und 1733. davon das *Surrogatum* eingezogen und nicht nachgeſehen werden ſolle; Als haſt du der Beamte bey nächſtiger Verleyhung Unſerer Zehenden die Unterthanen zu erinnern, daß an Oertern, wo unter den kleinen Zehenden die Gerſten, Erbſen, Linſen, Wicken, Flachs ꝛc. gerechnet werden, ſie in Zukunft in die *ordinari*-Zellgen und Oeſchfelder, ohne *ſpecial*-Erlaubnuß keine dergleichen Sorten bauen, oder gewärtigen, daß ſie mit der darauf geſetzten *legal*-Straf belegt werden ſollen.

Quod idem, in eo, quod 5. Julii 1748. emanavit, Reſcripto conſtitutum eſt. Benebens aber und weilen in denen mehreſten Orten des Landes keine beſondere Länder befindlich, worinn die kleine Zehend Sorten nach *Proportion* des Orts Innwohnerſchaft hinreichend, und das Anbauen derſelben in die Brachfelder dem groſſen *decimatori* und dem *publico* höchſtſchädlich, auch das unterm 17. Jul. 1691. verlaſſene *general-Reſcr.* die ſammtliche Unterthanen ſchon dahin anweiſet, ſolches Bauen zu unterlaſſen, und die *ordinari*-Zellgen oder Oeſchfelder einzig und allein mit Rocken, Dünkel und Habern anzublümen, dieſem hingegen zuwider gehandelt, und ein jeder Unterthan nach ſeiner Willkühr und Wohlgefallen eingeſäet, was ihm beliebt; So haben wir uns gnädigſt entſchloſſen, unſern Unterthanen hierdurch kund zu thun und gnädigſt zu geſtatten, daß, wann einer derſelben mehrere Früchten an Erbis, Linſen, Flachs und dergleichen in den kleinen Zehenden einſchlagende Sorten über die dazu *deſtinirte* Länder einpflanzen wollte, derſelbe nach Anleitung obenbemerkten *Reſcripti* in Zukunft gehalten ſeyn ſolle, derley Sorten in die ordi-

nari Sommer-Oeſch einzuſäen, vorher aber und damit der Sache nicht zu viel geſchehe, und die Brachfelder ordentlich ruhen können, bey unſern Beamten die erforderliche *Conceſſion* bey Vermeidung 10 fl. Straf, einzuhohlen. Quæ omnia autem in ſingulis, quæ meſſis tempore emanant, Reſcriptis, quotannis repetita videri poſſunt.

## §. XIX.

Supereſt adhuc ut de novalibus dicam. Varia eſt agrorum novalium ſignificatio, variæ doctorum circa eas ſententiæ. Noti ſunt jam dudum diverſi illi ſignificatus, nec eſt, quod ego eos adferam, propriæ & genuinæ agri novalis notioni inſiſtens. Ille autem vere novalis dicitur ager, de quo non exſtat memoria, quod cultus fuerit, nunc noviter ad culturam redactus, de verb. ſignif. L. V. *Decret. T. 33. Cap. 33.* & in Wurtembergia ſub nomine Neubruch venit, was von Egarten, Wayden und andern ungeſchlachten Wildnuſſen ausgereutet und mit Früchten oder anderem Getrayd gebauet wird, & ſoli Principi ad exigendas ex eo decimas adſcribitur. Licet enim plurimi *o*) novales decimas adſcribant domino territoriali, alii tamen illud non concedunt, deficiente ordinatione provinciali vel conſuetudine particulari, novales decimas nemini adſcribentes, ſed novales fundos a decimis ſolvendis vi libertatis naturalis immunes declarantes *p*). Sed quicquid ſit in noſtro Ducatu generali a. 1552. Reſcripto

*o*) REINKING L. 3. de Reg. Secul. & Eccleſ. Cl. I. Cap. 8. n. 11 ſqq. MYLERUS de ſtatibus Imp. L. 2. C. 10. HARPPRECHT Vol. 7 Conſ. 14. nr. 78. STRYK ad Jus Eccl. BRUNNEM. L. 2. C. 6. §. 9 BRUKNER in Diſp. de emendata occaſione reformationis Lutheri doctrina de Decimis, præſertim novalibus P. III. § ſeq.

*p*) BÖHMER J. Eccl. P. Tit. de Dec. §. 62 64. Staats-Canzley T. 64. p. 859. ESTOR in der Rechtsgel. der Teutſchen p. I, §. 483.

ſcripto *q*) vindicata eſt Principi ex agris novalibus decimarum ex omnibus *r*) qui iis inſerti ſunt fructibus exactio, mutatione culturæ tamen, als wann wüſte Aecker zu Wieſen vel contra gerichtet werden, priſtino decimatori nihil nocente, ſalvoque manente monaſteriis & adminiſtrationibus eccleſiaſticis ex iis fundis decimandi jure, e quibus antea vi urbariorum decimas minores, fœni, vel etiam ipſius frumenti exegerunt, ſi modo contrarii nihil in antiquioribus ſecularibus, quoad novalia, conſtitutum reperiatur urbariis. Soli itaque heic Principi decimarum exactione competente & ſolani tub. eſc. in agros novales ſeminati decimas illum unice percipere, vix eſt, quod moneam. En vero aliam exinde minorum decimatorum querimoniam! verum dicunt nec diſſimulandum eſſe, ruſticum hodie minores fructuum ſpecies, quantum quidem fieri poteſt, in agris fundisque ſuis novalibus plantare, ſicque earum decimas parochis ſubtrahere & Cameræ ſubjicere, idque eo majus & gravius præjudicium eſſe conqueruntur, quo plures agri coluntur novales, dum & neceſſitas caritasque plura loca ſubigere coegerit, & tam oppida, quam pagi, communes antea agros, inde ab aliquot



annis,

*q*) Repetitum eſt hoc ex alio dd. 19. Julii 1533. Reſcripto.

Lieber Getreuer! Wir werden bericht, daß hin und wieder in unſerm Fürſtenthum Neubruch ausgereutet und zu Weingart, Wieſen und Aeckern gemacht, und hernach die Nutzungen und Genuß von andern eingezogen und empfangen werden; Iſt demnach unſer Befelch, wo ſich jezo an, und hinfüro ſolche Fälle zutragen, du wolleſt den Zehenden von denſelben Nutzungen und Steuer von allem was das iſt uns einziehen und verrechnen und niemand nichts es ſeye geiſtl. oder weltl. verabfolgen laſſen, ohne Unſer ſonder Vorwiſſen und Erlauben.

Hanß Schad von Steinach,
Burkhardt Seckel.

*r*) Reſcr. dd. 10. Junii 1767.

annis, vel inter ſuos diſtribuere, vel & vendere ſoleant, ſolano plerumque, vel certe ab initio, dum ager adhuc vere novus eſt, & deinde pervices, cum tali cultura iterum opus habebit, deſtinatos. Verum media hic via incedendum eſſe arbitror, inter damna parochiarum earumque ſalariorum & congruarum, & intereſſe Principis, damnumque parochis, ſi quod forſan ſuo tempore habebunt, exactione decimarum adeo minuta, ut quod ipſis ad congruam debetur ſuſtentationem, amplius ſalvum non ſit, juſte compenſandum exiſtimo. *s)*

§. XX.

Quid inter catholicos ſtatuendum ſit ex eo facile adparet, quod, cum jure canonico onus decimationis omnibus immineat prædiis, & parochus etiam fundatam habeat intentionem contra Epiſcopos, *C. 13. & 29. X. de Dec.* & eccleſiæ parochianæ de omnibus, qui intra fines ejus ſitæ ſunt, agris, etiam novalibus, præſtandæ ſint decimæ, etiam ſine ullo dubio ipſi obveniant decimæ ſolani tub. eſc. Fuerunt tamen catholici, qui illud huic oneri ſubtrahere conabantur, de quo in CRAMERI *Obſ.* 1186. inſigne extat exemplum. Von Gottes Gnaden Maximilian Erzbiſchoff zu Cölln ꝛc. Nachdem uns mißfälligſt zu vernehmen vorgekommen, daß, obwohlen durch zerſchiedene bey unſeren Erzſtiftiſchen Gerichten und Ober-Reichs *Dicaſterien* erlaſſene Urtheilen zu Recht erkannt, daß von denen auf zehendbaren Aeckern geſetzten ſogenannten **Grundbeeren** ſowohl, als von andern Früchten der Zehend abgeführet werden ſolle und müſte, an einigen Orten nichts deſto weniger darüber noch Anſtand gemacht, und

s) CHRIST. THOMASIVS in Diſpp. de officio Principis evangelici circa augenda ſalaria & honores miniſtrorum eccleſiæ & in progr. de jure Principis evang. circa ſuſtentationem miniſtrorum eccleſiæ.

und koſtbare Proceſſe erwachſen ſeyn, wir aber dergleichen koſtbar- und ſchädlichen Unweſen einmahl für allemahl vorgebogen und abgeholfen wiſſen wollen, als wird hierdurch allen und jeden Eingeſeſſenen unſeres Erzſtifts bekannt gemacht und gnädigſt auch ernſtlich anbefohlen, daß ſie von denen auf zehendbaren Feldern den Zehend jährlich an die gewöhnliche *decimatores* ſo gewiß abführen, und entrichten ſollen als bey deſſen Entſtehung ſie ohne weitere Anfrag dazu mit Erſetzung deren aufgehenden Koſten unverzüglich jedesmahl durch des Orts Gerichtere oder Beamte *executive* vermöget werden ſollen. Bonn 17. Apr. 1765 Illud tamen prætermittere non poſſum & coronidis loco adferam, quod ipſe *Cel.* DÜRR in *Diſſ. de parocho a perceptione decimarum in Germania excluſo, Mogunt.* 1764. contra communem opinionem fundatam intentionem Epiſcopo, non parocho, adſcribat, §. XIX. inquiens, ex invictis his argumentis redditur apodicticum, quod decimæ ordinariæ nunquam ſpectarint in Germania ad parochos, cum partim parochiæ juxta modernam formam nondum fuerint in rerum natura, partim rariores parochi eo tempore ubi decimæ Epiſcopis fuerunt aſſignatæ, evidens exinde ſimul redditur, quodſi non omnes, innumeræ tamen parochiæ in Germania exiſtant, quibus nunquam jus ad decimas quascunque ab origine ſua competit, vel enim illæ natæ ſunt eo tempore, ubi decimæ ab Epiſcopis ad alios uſus jam ferunt deſtinatæ & applicatæ, vel ſi jam extiterunt parochi antequam decimæ in alios fuerint translatæ, decimas tamen ipſi haud obtinuerunt, atque ex his omnibus ſequitur, quam juſte in ipſis adhuc Decretalibus ſeculo XII. & XIII. adſcribatur fundata intentio Epiſcopo & non parocho, Conf. *C. 13. & 31. X. de Dec.*

SECTIO

# SECTIO III.

## Obs. I.

*An etiam folia ſolani tub. eſcul. decimationi ſubjecta ſint?*

Ex ſolano tuberoſo eſculento decimas præſtandas eſſe, ſupra jam deductum eſt. Quæri nunc poſſet, annon etiam folia decimationi ſubjecta ſint? Variam ex iis utilitatem percipi poſſe ſupra oſtendi. Conſtat, ſol. tuber. haud exiguo labore & ſumptibus e terra ſeparari, & æquum exinde videri poſſet, ut ad minimum folia in compenſationem ſumptuum laborisque domino fundi relinquantur, cum notiſſimi juris ſit, quod fructus non dicantur niſi deductis impenſis *l. 7. ſoluto matr. l. 14. de Uſur.* quin immo alias diſerte dicatur, nullum caſum intervenire poſſe, qui hoc genus deductionis, expenſarum nempe, impediat. Inprimis autem hoc obſervatur, quod ſolanum tub. non bene matureſcat, niſi præſciſſis antea, & ex agro remotis foliis, ut ea ratione ſucco in radicibus tantum permanente, latius illud ſerpere & majores fieri poſſit, adeoque foliis non eodem tempore cum ipſa fruge, prouti hoc in aliis fructibus, v. gr. tritico ſiligine avena &c. fit, a fundo ſeparatis, videri poſſet, quod decimæ ex iis non præſtandæ ſint. Sed nihilominus in contrariam abeo ſententiam; cum decimæ ex fundo præſtandæ ſint, etiamſi diverſis ille vicibus fructus ferat, ob eamque rationem prima vice foliis a fruge ſeparatis & altera, ſolano e terra ejecto, peti poſſint, neque moleſta obſtet ſeparatio, quum etiam in reliquis fructuum ſpeciebus, tam in ipſa cultura, quam in ſeparatione majores certe ſumtus ferat decimatus, neque vero quicquam ei detrahere liceat, & decimæ pars ſint omnium fructuum cum integritate

præ-

præſtandæ. *C. tua nobis 26. c. paſtoralis 18. c. non eſt 22. c. cum homines 7. X. de Dec.* fructusque in materia decimarum non capiantur civiliter, ſed naturaliter, prout Dei beneficio in fundo proveniunt. *t*)

OBS. II.

*An decimator obligatus ſit ad ſeparandum e terra ſuis ſumptibus ſolanum tuberoſum?*

In *Cap. 7. X. de Dec.* conſtitutum eſt, quod fructus collecti, per conſequentiam a ſolo ſeparati, nec ſolo adhuc inhærentes, onere decimarum affecti ſint, & apparet exinde obligatio decimati ad ſeparandum ſolanum tub. Eodem enim modo, quo frumentum demetiendum, & uvæ in cupellis colligendæ, & decimus deinde frumenti manipulus, decimaque uvarum cupella decimatori reliquenda eſt, eadem etiam ratione heic ſtatuendum, quod ſolanum tub. e terra evellendum & decima tunc ejus pars decimatori præſtanda ſit. Exhibet de hac lite Cameræ Imperialis ſententiam B. CRAMER in den Wezl. Nebenſt. Part. XIII. Sect. VII. p. 79. In *reſpective* entſchidener Sache ſämtl. Eingeſeſſener zu Hayderdorf und Pupperich wider von Hagen.

OBS. III.

*An fundi ad culturam ſolani redigi poſſint, aliis jure paſcendi, ſi nulli amplius fructus ſuper terram ſunt, competente?*

In mentem venit & hæc quæſtio, num prata, agri, ſylvæ ad culturam ſolani hujus redigi eorumque priſtina frumenti & fœni cultura in hanc immutari queat ab eorum dominis, & talis mutatio concedi a ſuperioribus poſſit, ſi alii jus paſcendi in illis, tunc ſaltem

*t*) STRYK ad BRUNNEM. I. E. L. 2. C. 6. §. 6. GONZALEZ ad C. 10. X. de Decim. n. 7. in fine.

ſaltem habeant, quum nulli alii fructus ſunt ſuper terram, quod varia paſtura dicitur & in dubio ſaltem præſumitur. Permiſſionem mutationis culturæ horum fundorum tali ſervitute onuſtorum ſolidiſſime quidem firmavit B. FERD. CHRISTOPH. HARPPRECHT in *Conſ. Tub. LXXII. n. 106-178. Vol. V. p. 1381-1386.* & qui eum ſecutus eſt, ut alios omnes prætercam, IOH. GE. KOB in *Diſſ. de paſcuis ad culturam non redigendis, Alt. 1774.* Ratio autem dubitandi quoad ſolanum hæc eſt certe graviſſima, quod ſero demum illud e terra eruatur & evellatur, ſeriusque multo quam frumentum & fœnum colligatur, conſequenter nullum amplius paſcendi tempus ingruente mox hyeme ſuperſit, ſolanique cultura nullam fere poſt ſe relinquat paſturam. Et ſane ubi hoc verum, magnumque inde ſervituti præjudicium infertur, illicitam regulariter credo talem mutationem culturæ, nullo ære vel alio quodam commodo ceu præſtatione intereſſe, invito eo, cui jus paſcendi competit, redimendam. Argumento traditorum LANCELLOTTI *de Attentatis p. 2 c. 4. ampl. 10.* KLOKII *V. 3. Conſ 70. n. 116.* & HARPPRECHTI alleg. *Conſ. 72. n.* 140-*150.* e cujus placitis ad factum hoc ſpeciale adplicatis facile vel concedi vel negari poterit ejus plantatio, illis magis conveniens agris, qui hucusque inculti & deſerti fuerunt, quippe quorum *privata* æque ac *publica* jura omnino huc ſpectant. Conſ. *Ill.* IOH. IAC. MOSERI Landes Hoheit in Anſehung Erde und Waſſers 4. 1773 *Cap. X.*

## OBS. IV.

*Quo modo æſtimandæ ſint decimæ ex ſolano tub. percipiendæ, inſtituenda locatione conductione decimarum?*

Locationes conductiones inter nos plerumque publica ſubhaſtatione fieri novimus. Multi multa ad ſubhaſtationem neceſſaria

ceſſaria requiſita deprædicant, & inter ea præſertim numerant præcedentem æſtimationem & proſcriptionem publicam, quod & in mobilibus noſtro in Ducatu utplurimum obſervatur, in decimis autem ſingulare hoc eſt *u*), quod nulla præſcriptio præcedat, ſed uno eodemque die æſtimatio proſcriptio, auctio & fiat. Cum vero ſolanum tub. in ea quam ordinatio decimalis præſcribit, agrorum viſitatione videri nequeat, eaque ejus ſit conditio, ut in ſolo gignatur, proventus ejus ſub terra lateat, multumque ad æſtimationem ineundam referat ipſius fundi qualitas, neque ideo certum pretium Anbott decerni poſſit, oritur quæſtio, anne tutiſſime æſtimari queat ſecundum id, quod ſeminatum eſt? verum hunc æſtimationis modum ſingulari *Reſcriptio dd. 21. May 1662.* generatim prohibitum videmus. Wir wollen aber und befehlen, daß — — insonderheit jährlich berichtet werden ſolle, wie viel Mansmad oder Morgen Wiſen, Garten und Mäder, davon uns der Heu und Oehmt Zehend gebührt, jeder Orten ſich befinden, was ein Mansmad oder Morgen Wiſen ins andere an Heu und Oehmt geben möge, und was ein Wannen oder Wagen dergleichen gelten thu, welches mit dem Hanf, Flachs und andern Dingen, ſo in den kleinen Zehend gehörig, ebenmäßig gehalten und berichtet, keineswegs aber ſolche Zehenden dem geſäeten Saamen nach umgelegt, ſondern der 10te Theil desjenigen, ſo erwachſen oder der Werth davon eingezogen werden.„ Alia itaque ingrediendum erit via. Maxime exinde moleſta eſt locatio decimarum e ſolano tuberoſo obvenientium, ob incertam æſtimationem pro contractu aleæ habenda. Cum tamen experien-



*u*) Conf. omnino b. IO. FR. MOEGLINGII Diſſ. de contractu ad candelam, Tub. 1740.

perientia comprobatum ſit, quod ex quantitate & multitudine foliorum ſolani ad majorem minoremve proventum in ſolo latentem concludi poſſit, prætereaque decimatori integrum ſit, æſtimatoribus mandare, ut in diverſis agris non nullas ſolanorum plantas, poſtea ipſi præſtandis decimis detrahendas, evellant, eaque ratione proventum reliquorum æſtiment & ad omnes omnino agros porrigant, mihi quidem eodem modo, uti & alii fructus, præcedente æſtimatione, publica auctione ad candelam plus licitanti locari poſſe videtur ſolanum, relicta locatori tunc poteſtate, decimam partem ſolani, decimumque foliorum manipulum exigendi. Quoniam autem locatio ſolani licitatoribus ſeu emptoribus **Zehendbeſtänder** facienda, partim ob incertam æſtimationem, partim ob moleſtam nimis ſeparationem a fundo maxime anceps & periculoſa eſt, plerumque certa pecuniæ ſumma exigitur a decimatis, eaque ratione in ſingulos jugeros conſtituta pecuniæ ſumma loco decimarum exigitur, quæ locatio decimæ dicuntur ſaccariæ v).

OBS. V.

*An remittenda ſit merces in locatione conductione ſolani tub. &c.*

In locatione conductione agrorum ſterilitatis & alius etiam damni, ſi hoc contingat in fructibus nondum perceptis, rationem haberi ex *l.* 19. §. 6. *ff. de loc. cond.* & *cap. propter ſterilit.* 3. *X. de loc. cond.* patet, modo ea ſterilitas contingat extrinſecus *l.* 3. *ff. de rebus eorum qui ſub. tut.* Sed dubitari tamen poſſet, num remiſſio mercedis concedenda ſit in locatione conductione agri ſolano ſeminati? cum ſolanum ſecundum jam allegata incertæ æſtimationis ſit, in locatione ejus alea ſubverſetur, eaque agro-

v) V. CRAMER, Part. V. Abh. 10. & P. XV. Abh. 13.

agrorum ſit ratio, ut nullam fere ſterilitatem patiantur, ſolanumque in ſolo latens ictu fulminum grandinisve perire non poſſit. Attamen quum in locatione decimarum caſus inſoliti & ſpeciatim calamitoſa tempeſtas Wetterſchlag excipiantur, & experientia doceat, quod ſi folia grandine a ſolano ſeparentur, impediatur ejus incrementum, neque amplius feliciter veniat, locatorem ſine dubio remiſſionem mercedis rogare poſſe exiſtimaverim, obſervanda circa æſtimationem damni priore regula. Alia tamen hæc eſt quæſtio, num conceſſa tantum, in locatione decimarum, remiſſione mercedis ob vim tempeſtatis & pabulationem, ea etiam concedenda ſit, ſi ager ſolano conſitus inundatione detrimentum fecerit, aſſerendam omnino hanc quæſtionem eſſe exiſtimo, argumento eorum quæ LAVTERBACH in *Colleg. pract. tit. de peric. & commod. rei vend.* §. 23. & HARPPRECHT in *Diſſ. de eo quod juſtum eſt circa nivem* §. 23. tradit, ubi ex nivis abundantia remiſſionem mercedis conceſſam fuiſſe commemorat.

OBS. VI.

*An collectio decimarum eſc. ſol. fieri poſſit ab uno agro ad alium?*

Frumenti mergites certa ſua magnitudine conſtare, partemque decimam tantum earum præſtari debere Ordinat. decimalis p. 36. §. Nachdem bißher ꝛc. præcipit. Contingit tamen interdum, ut in agro ultra decimam mergitem 3. 4. 5. &c. ſuperſint, quo caſu, tunc ab uno agro ad alterum iisdem fructibus ſeminatum iidemque decimato competentem, colliguntur decimæ *w*), ne jure ſuo defraudetur decimator, evidens eſt, hoc in ſolano tub. neceſſarium non eſſe, quoniam nulli conficiuntur mer-



*w*) REINHARD. vom Fortzehlen des Zehendens, ESTOR B. Rechtsgel. d. T. §. 486.

gites, ſed tantum in acervos congeratur, iique pro lubitu fiant, adeoque ſi reliqui in uno agro adhuc tantum 2. 3. 4. acervi ſint, ii tantum in minores partes dividantur, & decima deinde pars decimatori vindicetur.

## OBS. VII.

*De locatione in concurſu creditorum, ſi ſolanum tuber. tempore ærumnoſo ad ſeminandum mutuo datum eſt.*

Iure Würtembergico per *Reſcr. dd. 14. Apr.* 1710. gratioſe diſpoſitum eſſe legimus, quod in poſterum credita ærumnoſis temporibus ad ſuſtentationem pauperum contracta, & in ſpecie frumenta ad ſeminandum mutuo data, in prima claſſe collocanda ſint, Camerisque, ſeculari & eccleſiaſticæ tacita competat hypotheca cum jure omnimodæ prælationis, quod privilegium tamen jure civili nullibi legitur, ſed tale debitum inter ſimplicia debita, ſi creditores ſibi de hypotheca expreſſe non proſpexerunt, ponendum foret. Eam tamen gratioſiſſimam diſpoſitionem etiam ad ſolanum tub. tali tempore ad ſeminandum mutuo datum extendi poſſe arbitror. Hoc enim pari paſſu cum frumento ambulare, his plerumque temporibus in eundem uſum converti, ope ejus æque ſuſtentari atque ſublevari, pauperes ultimique præſertim anni fructus æque ad creditores redundare, eandemque igitur legis rationem ad illud applicari poſſe extra dubium eſt. Sicuti autem creditor ex pecunia mutuo data uſuras petit, ita ex fructibus uſuras den Ueberſauf dictas dare tenetur debitor, eandem cum fructibus in concurſu creditorum prærogativam habentes, ſed per annum debitæ ex uno modio, vi *Reſcr. dd. 5. Mart.* 1719. extendendæ, non ultra octavam partem

(1. Simri)

(i. Simri) una cum fructibus reſtituendæ, pretio ex tempore, quo reddendæ erant æſtimato *x*).

### Obs. VIII.

*De emtione venditione in herbis ſolani tub. eſc.*

Emtionem venditionem frugum in herbis indiſtincte prohibitam fuiſſe ex *l. 78. §. 3. ff de contr. h. emt.* perſpicimus, quam tamen noſtris moribus, non ſolum legimus imperii publicis, ſc. *Reform polit. Aug. d. a.* 1548. *t. 19.* von Verkaufung der Früchten auf dem Feld & in *Ord. Polit. Francof d. a.* 1577. *t.* 19. von Verkauf. der Früchte im Feld in tantum prohibitam eſſe, ut non niſi pretio tempore contractus vel poſt 14. dies ab autumno vel meſſe uſitato licita ſit. GRASS *Collat. Iur. Civ. cum Receſſ. imp. S. 7 §. unic. per tot.* SCHOEPFF *Dec. 3/7. n. 8.* HEINECCIVS in D. *de vend. illicita fructuum in herbis* §. *14*, ſed etiam in Würtembergia *Ord. Provinc. t. 60.* §. 2. peculiari ſanctione eo reſtrictam eſſe legimus, ut pretium frumenti ad communem computationem octo dierum ante vel poſt feſtum Martini obſervari jubeatur. Ex hac itaque diſpoſitione concludo emtionem vendit vel mutuo dationem relicto in ſecuritatem crediti agro ſolano conſito, illicitis contractibus annumerandam non eſſe, cum frequenti ejus cultura factum ſit, ut certam nunc habeant plerumque æſtimationem, pretiumque ad communem eam computationem obſervari poſſit.

### Obs IX.

*Solanum tub. pertinet ad fructus induſtriales.*

Ad induſtriales vero fructus hæc ſolana eſcul. referenda eſſe omnique eorum fructuum induſtrialium jure circa emtionem

*x*) Herz. Würt. Land Recht. P. II. tit. 1. §. wann der Entlehner. pag. 237.

nem venditionem, prædiorum diviſionem & ſeparationem allodii a feudo vel fideicommiſſo ſalariive duorum ſibi invicem ſuccedentium, annorumque, deſerviti, gratiæ & carentiæ, gaudere meo vix opus habebit monito.

### OBS. X.

*Solanum tub. eſc. victualium jure utitur.*

Eſt hoc ſolanum meum tuberoſum, eo ipſo, quia eſculentum *victualibus* accenſendum, eorumque omnium jure, late & luculenter expoſito a CASP. ZIEGLERO in *Diſſ. de jure victualium, Vitemb. 1679. C. 1 n. 27. m. ſq.* ſine dubio utitur, quæ eſculenta ſunt & potulenta, *l. 6. in fine pr. C de his, qui ad eccl. confug. L. 21. de aliment. leg.* tam hominum, quam animalium, *L. 3 pr. §. 7. & 8. de penu leg.* vel utroque potius. Eſt illud res *victualis* & victualis ſubſtantia, ut *L. 9. C. de Epiſc. aud.* loquitur, *cibus & cibarium, l. 21. de alim & cib. leg.* Referri poteſt & debet ad *eſculenta, l. 88. de offic. præſ.* & *l. 3 §. 3. & 4. de penu leg.* ad *copias legis 20. de compenſat.* ad *diaria all. l 21.* ad *edulia, l. 6. §. 3. de officio proconſ.* ad *panem*, ad *penum, l. 14. §. 3. de penu leg.* ad *victum* (cujus abſolute poſiti ampliſſima eſt ſignificatio *l. 43 & 44. de V. S. l. 134. §. ult. ibid. l. 6. & ult. de alim. & cib. leg.*) quotidianum *l. ult. §. 7. de mun. & hon.* CARPZOV. *L. VI reſp 34. n. 10. 11.* ad *annonam* denique & commeatum *t. t. C. ad L. Iul. de annona l. 6. de extraord. crim. l. unc. C. de ann. & capitib.* GE. AD. STRUV. in *Diſp. de annona*, 10, LIMNAEVS ad A. B. *cap. 1. §. 3. n. 2.* An & ad *ſalgamum*?

### OBS. XI.

*An legato frumento ſolanum tub. eſc. ad illud pertineat?*

Ponamus caſum, teſtatorem legare alicui **alle ſeine Früchte** & alteri **alle ſeine Küchenſpeiſen**, ad quamnam hic pertinebit ſpeciem

ſpeciem ſolanum tuberoſum, forſitan adhuc reliquum? Facilis eſſe videtur determinatio, ex definitione enim quam ſupra de ſolano tub. dedimus, recte illud ad frumentum referri non poſſe cognoſcimus. Sed multa tamen ſuboriri poſſunt dubia, quoad maximam enim partem in eundem adhibetur uſum, in quem & frumentum convertitur, ejusdemque vicem plerumque ſupplet, ſi major quantitas adeſt in farinam plerumque teritur, aut quod ſupereſt, pecoribus alimento eſt, raro autem, & minime ejus pars obſoniis vel hujusmodi generis cibis inſervit, ita ut maxime anceps ſit quæſtio, ad quam pertineat ſpeciem, haud alio forſitan modo decidenda, niſi ut eo diſpiciatur, ſub quonam genere vivens teſtator comprehenderit maxime & abhibuerit ſolanum tuber. eſc.

## OBS. XII.

### *An licita ſit exportatio ſolani tub. eſc. prohibita frumento exportatione?*

Principia, ex quibus prohibita y) frumentorum exportatio dijudicanda eſt, omnium, quæ ad victum pertinent, aliarumque mercium negotiationi communia eſſe certum eſt, & aſſerendam inde propoſitam quæſtionem eſſe nullus dubito. Licet etiam non diſerte prohibita fuerit ſolani exportatio, nihilominus tamen eo extendere poſſemus prohibitivam exportationis legem, rationem flatuentium & mentum eam enim fuiſſe patet, ne annonæ caritas major ab exportatione frumenti proveniat, hanc autem augeri ſi optimum hocce alimenti genus exportetur negari non poteſt. Neque objici poterit quod leges prohibitivæ non extendendæ ſint, cum hæc extenſio plus favoris quam odii habeat; quantum enim homines, in ea, quam paucis abhinc annis patria noſtra perpeſſa eſt annonæ caritate, ſolano ſublevati fuerint, ſatis apparuit. Sed quid multa. En! reſcriptum, omnia hæc apprime confirmans.

Von

y) *Magnif.* D. PRAESIDIS *Diſſ.* de Interdictis exportat. frument. territorialibus. 1772.

Von Gottes Gnaden CARL, Herzog zu Würtemberg
und Teck, ꝛc. ꝛc.
Unſern Gruß zuvor, Lieber Getreuer!

Nachdeme die tägliche Erfahrung belehret, daß durch den nach und nach immer mehrers allgemein werdenden Gebrauch der in Unſerm Herzogthum erzeugenden Grundbieren ein groſſes *Quantum* an ſonſten gewöhnlichen Früchten erſpart werden könne, Wir aber hierbey nach Unſerer ohnermüdeten Aufmerkſamkeit auf das wahre Beſte Unſerer lieben und getreuen Unterthanen neuer Dingen befremdlich wahrzunehmen gehabt, daß ſothane Erd-Früchten, bey gegenwärtiger übriger Frucht-Klemme zum empfindlich künftigen Schaden der Unterthanen gleichwohlen von Ausländern aufgekauft, und ſowohl von dieſen als auch Unſern Unterthanen ſelbſten auſſer Lands geführt werden; Als ſehen Wir Uns veranlaßt, auch in Anſehung dieſes ſo gemeinnutzlichen Nahrungs-Mittels und deren Ausfuhr auſſer Lands, das Verbott, welches bereits ſchon wegen der übrigen Früchten, als Rocken, Dinkel, Gerſten, Haber, Erbſen, Linſen, Wicken ꝛc. angeleget worden, auf die Erdbieren namentlich, und zwar ebenmäßig *ſub pœna Confiſcationis* zu *extendiren*: Wir befehlen Euch demnach alles Ernſts, Ihr ſollet in deſſen Gemäßheit allen Euren Amts Untergebenen dieſe Unſere gnädigſte Verordnung ſogleich *publiciren*, und in Zukunft ſowohl auf dergleichen ausländiſche Aufkäufer, als Eure Amts Untergebene ſelbſten, ein wachſames Aug hierunter haben, ſofort bey jedem *Contraventions*-Fall gleichbalden mit der *Confiſcations*-Straf ohnnachläßig fürgehen. Daran beſchiehet Unſere Meinung, und Wir verbleiben Euch in Gnaden gewogen. *Solitude*, den 20. Octob. 1770. Id quod poſtea repetitum & laxatum fuit.

## OBS. XIII.

### *An Crimen Dardanariatus committi poſſit circa ſolanum tub. eſc.*

Incidit & hæc quæſtio, utrum crimen dardanariatus circa ſolanum tub. eſc. committi poſſit? Deſcriptionem dardanariorum exhibet *l. 6. ff. de Extraord. Criminibus.* Annonam adtemptare & vexa-

re vel maxime dardanarii ſolent, quorum avaritiæ obviam itum eſt tam mandatis quam conſtitutionibus. Mandatis ita cavetur: præterea debebis cuſtodire, ne dardanarii ullius mercis ſint, ne aut ab his, qui coemtas merces ſupprimunt, aut a locupletioribus, qui fructus ſuos æquis pretiis vendere nolunt, dum minus uberes provuntus expectant, ne annona onerentur. Annonam, ab anno dictam, proventus unius anni, non frumenti tantum, ſed & aliarum rerum eſſe notum eſt, & ademptare vel vexare eam in eo conſiſtit, ſi nimirum ejusmodi ſpecies, quæ vel primario vel ſecundario ad victum noſtrum pertinent, ſupprimantur, juſto pretio vendere recuſentur, vel ob ſpem arctioris annonæ fraudulenter cœmantur, ut deinde carius vendantur. Omnia hæc circa ſolanum tub. primarium vel ſecundarium victum committi poſſe non eſt quod amplius moneam, patetque ex his, quod eadem heic in crimen dardanariatus conſtituta pœna locum habere poſſit, etiamſi videri poſſet, quod nulla ex emptione lucroſa oriri poſſit annonæ caritas, quia non facile ultra anni ſpatium conſervari poteſt.

## OBS. XIV.

### *An Furtum circa ſolanum commiſſum graviore pœna expiandum ſit?*

Furtum in agris commiſſum graviore pœna afficiendum eſſe publica poſcit reipublicæ ſalus, ſanctitasque agrorum z) graviorem ſemper ei irrogandam eſſe pœnam, quo major fraudandi animus & facilitas apparet, æquitati conſentaneum eſt. Furtum in agro ſol. tub. conſito facilius committi poſſe, neque ſtatim apparere, veriſſimum eſt, neque tamen graviori pœna afficiendum eſſe furem arbitror, cum jam ſub generali nomine des Frucht-Diebſtahls, comprehendatur, & in quodcunque delictorum genus ſpecialem conſtituere pœnam impoſſibile eſſet.

## OBS. XV.

### *De Fraudibus piſtorum circa Sol. tub.*

Cæterum fraudes & aſtutia *piſtorum*, juridicam tractationem non minus quam *molitorum* recipientes & poſcentes, hoc quoque ſolani tuberoſi



z) D. D. SCHOTT *Diſſ. de Furto ex neceſſitate commiſſo* Tub. 1772.

beroſi eſculenti far, innocuum licet, nec tamen idem, nec æque bonum ſecalitio & ſiligeneo pani, inter alia pejoris adhuc furfuris, immiſcentium, ejusque quantitatem, qualitatem & pretium, ſic fallentium, conſ. PEREZ *ad l. un. C. de piſtoribus*, amplam facile occaſionem & materiam præberent, inquirendi easque vindicandi, niſi hoc *politiæ* magis quam *jurisprudentiæ* argumentum foret, & curationem panis inſpectionem celerioremque medelam exigeret, quam quod proceſſuales ei convenirent ambages. Conſ. B. *a* LUDEWIG über den Seckendorfiſchen Fürſtenſtaat, ſ. 63. 64. ESTOR III. Thl. der B. R. G. der Teutſchen §. 247. 248. & inprimis *Ill.* IO. ANDR. HOFFMANN in dem Entwurf von dem Umfang der Policey. 4. Marb. 1765. II. Hauptſt. § 9. ſ. 47. 48. ubi das Miſchen der Cartofeln unter das Brod u. Waitzen Mehl. Add. die Herz. Würt. Becken Ordnung d. a. 1627. nec non B. IO. FRID. MÖGLINGII *Diſſ. de damno diminutionis rei frumentariæ & vinariæ imputando, vulgo* vom Abgang an Frucht und Wein. *Tub.* 1749. §. *X. p.* 22. *ſeq.* & §. *ult.*

## OBS. XVI.

### *Locus ſolani in inventariis.*

Mirum, quod *ill. & cel.* HOMMEL nullam plane ejus, ſub ullo ejus nomine, mentionem fecerit in indice ſuo locupletiſſimo pertinentiarum, omniumque eorum, quæ inventariis inſerenda ſunt, & ad feudum, comeſtibilia, morgengabam & geradam pertinent, *obſervationi* 438. *Rhapſodiæ quæſtionum in foro occurrentium* inſerto. Idem tamen quod is de frumentis, piſis, pomisque (dem Obſt.) generatim, ſecundum conſtitutionem 34. & 36. P. III. adſerit, de his quoque tuberibus dicendum videtur. At at ne in noſtro quidem, quod in gratiam conficiendorum inventariorum conſcriptum (dem Friſchlin modo Röſsliniſchen *Inventir*-Büchlein) & demum a. 1761. reviſum fuit, libello memoriali, ulla ſolani mentio fit, rubro Früchten, vel ſi malles allerley Vorrath, hodie nunc inſerendi.

# ADPENDIX.

## I.

Von Gottes Gnaden, Magdalena Sybilla, Herzogin zu Würtemberg, rc. gebohrne Landgräfin zu Heſſen rc. Wittib und Ober-Mit-Vormunderin rc.

Lieber Getreuer!

Demnach wegen Einziehung der groß- und kleinen Zehend Früchten, zwiſchen Unſſeren Kirchendiener und Beambten ſich einige Zeit hero zerſchiedene Strittigkeiten und Irrungen, eraignet, in dem wann die Unterthanen entweder die gewöhnliche Zellgen und Oeſch-Felder mit ſolcherley Früchten, welche in den kl. Zehenden fallen, oder im Gegentheil die auſſer denen Oeſchen befindlichen Länder, ſo dann jezuweilen ein und ander Stück in dem Braach-Feld, mit denjenigen, welche in den groſſen Zehenden gehören, angeblümt, befindenden Dingen nach, beyde Theil, um den Einzug Ihrerſeits zu erhalten, ſich entweder auf die Beſchaffenheit des angeblümten Orts, oder die Qualität der Früchten beruffen, auch manchmahlen denen Unterthanen und Zehend Leuthen, den Zehenden doppelt abzufordern, ſich angemaßt haben, wordurch unſere Canzley mit allerhand Klagden behelliget worden; Alls haben wir Unns zu Entſcheidung, und künfftigen Abwendung dergleichen Strittigkeiten, dahin gnädigſt *reſolviret*;

1.) Daß wo die Lägerbücher den groſſen und kleinen Zehenden oder auch den Unns vorbehaltenen, und Unſeren vormundſchaftlichen Kirchendienern, zu Ihrer beſtimmten *Competenz*, zu genieſſen *aſſignirten*, Zehenden, durch *determini*rung und Benennung gewiſſer *Diſtrict*en entweder ohne oder mit *Reſtriction* auf gewiſſe *Species*, und Gattungen der Früchten underſcheiden, ermelten Kirchendienern auf den erſten Fall, da Ihr Zehendrecht, zwar auf Einen gewiſſen *Diſtrict* wächſt, auch denen neuen Früchten, welche vormahls darinn nicht gebauet worden, der Zehend gereichet, auf den andern Fall aber, da Ihr Zehend Recht neben dem *Diſtrict*, zugleich auff gewiſſe *Species* und Gattungen der Früch-

ten *reſtringiret*, bloß von denjenigen, ſo Ihnen zugeſchriben, der Zehende von Ihnen eingeſamlet, hingegen von denen übrigen Früchten, welche auſſer ſolchem *Diſtrict*, wie auch in demſelben, auſſer denen *ſpecificir*ten Gattungen, erwachſen, der Zehend, demjenigen weltlichen oder geiſtlichen Beamten ſo zu Einziehung Unſſerer Zehenden beſtellt iſt, überlaſſen werden ſolle; wofern aber

2.) Die Lägerbücher in Unterſcheidung ſolcher Zehenden, von keinen *Diſtricten*, ſondern nur von Gattungen der Früchten in dieſen oder gleichmäßigen *Formalien*, Meldung thun, daß der Kellerey oder dem Cloſter, der groſſe Zehend an Dinkel, Rockhen, Habern, Einkorn, und allem, was der Halm trägt, ſo weit deß Flecken Marckhung, Zwäng und Bänn gehen, ſo dann dem Pfarrer der kleine Zehenden an Erbiß, Linnſſen, Flachß, Hanff, Kraut, Rieben, Obß und was darzu gehörig, gleichfalß ſo weit deß Flecken Zwäng und Bänn gehen, zuſtehe: ſo könten wir zwar geſchehen läſſen, daß Ein Jeder *Decimator* den Zehenden, von ſelbiger Gattung Früchten, welche das Lägerbuch Ihme zuaignet, ohne weitern Unterſchied einziehe; dieweilen aber in Unſſerem vormundſchafftlichen Herzogthumb von alten Zeiten hero, und da ſolche Lägerbücher aufgerichtet, es üblich und gebräuchlich geweſſen, daß man die groſſe Zehend-Früchten in die Zellgen und Oeſchfelder mit Beobachtung deß Sommerigen und Wintterigen, die kl. Zehend-Früchten aber, auſſer denſelben, in die andere Länder gepflanzet, geſtalten auch, bey Beſtimmung der Geiſtlichen *Competenzen* die behörige *reflexion* hierauf gemacht, und öffters, wann nach der Hand, *per mutationem culturæ*, oder ſonſten einige Mindrung erfolgt, Ihnen ein anderwärttiges *æquivalent*, dargegen gegeben worden, Alß haſtu in deinem anvertrauten Amt die Unterthanen nachtrücklich anzuweiſſen, daß Sie in Anblümung Ihrer Felder ſo viel möglich bey dieſem alten Gebrauch und Ordnung verbleiben, damit ſowohlen Unns die groſſe Zehenden, ohne mercklichen Abgang, als auch denen Geiſtlichen und Kirchendienern Ihre kleine Zehenden und angewißene *competenzen* allerdings ohngeſchmälert gelaſſen werden mögen;

Solten

Solten nun 3. die Unterthanen Je vermeinen, daß Sie nach Beſchaffenheit der Zeiten jezuweilen durch vermiſchtes Bauen der Früchten, in denen Oeſchfelder und Ländern, Ihren Nuzen mehrers befördern könten, ſo wollen wir, wofern Sie ſolch Ihr Vorgeben vor Ihren vorgeſezten Amtleuthen genugſam darthun, und ſelbige erkennen werden, daß Sie Ihres wahrhafftigen Nutzens, und nicht anderer ohnerlaubter Urſachen halben, oder wohl gar aus unziemlichen *Affect* gegen einen oder andern Zehendherren es alſo verlangen, in Gnaden gleichwohlen *diſpenſiren*, daß Sie ſothane Freyheit Ihre Güeter zu beſamen biß auf weitere Verordnung behalten mögen, damit aber, durch allzuviele Veränderung ſolches Baues beyderſeits Zehenden nicht endlichen ganz *confundirt*, oder einem oder dem andern *Decimator* ein allzugroſſes *præjudiz* zugezogen werde, verordnen wir hiemit, daß *ſalvo tenore* der Lägerbücher künfftighin in dergleichen Fällen, wann ſich von denen in kl. Zehenden gehörigen Früchten in die Oeſchfelder eingeſäet befinden, von Einer Jeden Haushaltung, ſo dergleichen bauet, *ratione:* deß Kl. Zehendens dem Pfarrer ein halber Morgen, von welchen Er den Zehenden einzuziehen, überlaſſen ſeyn, das übrige aber dem zu Einziehung Unſerer Zehenden verordneten Beambten, alß ein *ſurrogatum* deß groſſen Zehendens verbleiben; So dann im Gegentheil, wann groſſe Zehends-Früchten in die Länder geſäet worden, von jeder Haußhaltung ein Viertel dem Beamten *ratione:* deß groſſen Zehendens, zukommen, das weitere aber dem Pfarrer alß ein *ſurrogatum* deß kl. Zehendens gleichmäßig angewiſſen ſeyn;

Jedoch 4. Solches alles mit dieſer Erläuterung, daß, wann an einem Orth in ſolchen Fällen, ein anders, und gewiſſes, durch beſtändige Gewohnheit und gültige *Obſervanz* (dann die eingeſchlichene Mißbräuch hier nicht zu *addiren* ſeynd) hergebracht oder von ein oder anderem Theil rechtmäßig erſeſſen und *præſcribirt*, oder auch zwiſchen denen Kirchendienern und *communen* deß kl. Zehendens halber entweder auf gewiſſe Jahr oder ſo lang Sie in *loco* bleiben, verglichen worden, es darbey billich ſein beſtändiges Verbleiben haben ſolle;

Jedoch ſolle 5. von keinem *Poſſeſſore* der angeblümbten Felder und Länder, der Zehend jemals doppelt, ſondern nur einfach, von denen jedesmahl darinnen erwachſenden Früchten, gefordert und abgeſtattet werden;

Solten dann 6. einige Fäll vorkommen, welche Ihrer beſondern Umſtändt halber nach diſer Unſerer Verordnung von denen Beamten nicht füglich entſchiden werden können, ſo haben Sie ſolche umſtändlich und ausführlich zu Unſerer Fürſtlichen Cantzley zu berichten, und weiteren Beſchaids zu erwartten inzwiſchen aber über diſem Unſerem General-Ausſchreiben, alles Fleiſſes zu halten; Andeme beſchicht Unſer ernſtlicher Befehl und zuverleſſige Meynung. *Datum* Stuttg. den 17. Jul. *an.* 1691.

## II.

General-Reſcript an die verrechnete Bediente, ſo Naturalien einzuziehen haben, nemlich zu Rötteln, Badenweiler, Hochberg, Durlach, Mühlburg, Graben, Staffort, Pforzheim, Stein und Langenſteinbach. dd. Carlſpurg den 24. Octob. 1716. C. N. 1695.

Als wir in Erfahrung gebracht, daß zerſchiedene Unſerer Unterthanen hin und wieder, entweder aus Mangel derer Saatfrüchte oder ſonſten zu ihrem deſto beſſeren Unterhalt die mehreſte und theils beſte Güter mit ſo genannten Erdäpfeln beſezen, davon ſich einige Geiſtliche neuerlicher Dingen den Zehenden zueignen wollen, welches Wir aber um ſo weniger einzuſehen wiſſen, als bei dergleichen Beſchaffenheit Uns an dem andern Fruchtzehenden ein merkliches zuruckbleiben, und zur *Præjudiz*, Unſeres Fürſtlichen *Intereſſe*, ihnen zuwachſen würde, auch dieſe Frucht-Gattung nicht unter den kleinen, ſondern Uns zuſtändigen großen Feld Frucht Zehenden undiſputirlich gehörig iſt; So befehlen Wir Euch hiemit gnädigſt, daß, wo die Unterthanen, wie vorgemeldt auf denen Uns zehenbaren Feldern gedachte Frucht pflanzen, und Uns dardurch am ordentlichen Frucht Zehenden verkürzen, Ihr den Zehenden davon, als bey denen übrigen Feld-Früchten zu geſchehen pfleget, ohne Jemands Einrede im geringſten zu *regar-*

regardiren, ſondern da etwa einige Anſprache geſchehen dörfte, den *Prætendenten* bey Vermeidung Unſerer Ungnad und Strafe *ſemel pro ſemper* dißfalls abzuweißen, entweder *in natura* eine oder auf unſere gnädigſte *Ratification* hier in Steigerung feil thun, und alſo ſamt und ſonders die Gebür dabey beobachten ſollet. Inmaßen Wir Uns deſſen verſehen und Euch in Gnaden gewogen verbleiben. *Datum* Carlſpurg den 24. Octb. 1716.

## III.

General Reſcript an alle Ober-Aemter und verrechnete Bediente, ſo mit Naturalien umgehen, in denen Ober- und Unter-Landen. dd. Carlſpurg d. 1ten Decb. 1716.

Als Uns gehorſamſt vorgetragen worden, daß die meiſte Unſerer Unterthanen in denen Ober- und Untern-Landen, theils aus Armuth oder Dürftigkeit, weilen ſie zu Anblümung ihrer in den groſen Frucht-Zehenden gehörigen Felder keine andere Früchte aufbringen können, theils aber auch aus unerlaubten *Principiis* des Eigennuzes, beſonders zu höchſt ſträflicher Entziehung des Zehendens, ganze Aker und Feld-Stüker voll Erd-Aepfel zu pflanzen angefangen, und wie erſt gedacht, da dieſes eine hieſiger Landen nur in die Gärten und nicht zu Beſamung ganzer Felder gehörige Frucht iſt, nichts davon gegeben, ſondern dieſelbige pur alleine vor ſich eingethan haben, hingegen, dem zuverläßigen Vernehmen nach, nunmehro hin und wieder zerſchiedene Geiſtliche von ſolchen Erd-Aepfeln den Zehenden, die doch unter den großen Zehenden, der Uns dardurch an übrigen Früchten abgehet, von Rechts-wegen zu rechnen und Uns zuſtändig ſeynd, würklich zu *prætendi*ren ſich anmaßen dörfen, welch eigenmächtige und ungegründete Neuerungen inzwiſchen Uns ſehr mißfallen und Wir demnach gemeldte Frucht ein und vor allemal inskünftige an denen Orten, wo Wir den großen Zehenden haben, vor Uns miteingezogen wiſſen wollen; So befehlen Wir daraufhin gnädigſt, daß gegenwärtige Unſere fürſtl. *Reſolution* Ihr die Ober-Aemter ſowohl zu derer Geiſtlichen

lichen als Unterthanen Verhalt vor denen verſammleten Gemeinden öf-ſentlich *publiciren* laſſen, Ihr die Verrechnere aber von nun an und ſo fort bey jeweiligem Zehend-Einzug auch den Zehenden von öfters bedittenen Erd-Aepfeln, wo ganze Stücke Feldes auſſer dem Etter damit beſezet werden, getreulich einbringen und den Betrag unter hinlänglicher *Atteſtation* Eurer derer Ober-Beamten und jeder Gemeinds-Vorſteheren in Einnahm gebührend verrechnen ſollet. Wir verſehen Uns des gehorſamſten Erfolgs und ſeynd damit in Gnaden Euch wohlgewogen. *Datum* Carlſpurg d. 1ten Decb. 1716.

## IV.

*Copia Reſcripti Principis ad Cameram dd.* Carlsruhe, den 18ten Decb. 1747.

Euch ſeynd diejenige Verfügungen, wodurch von Unſers in Gott ruhenden Groß Herrn Vaters Gnaden unter dem 24ten Sept. und 1ten Decb. des 1716. Jahres, wegen Beziehung des Grund-Bieren-Zehendens, Vorſehung geſchehen, in mehrerem bekannt.

In der erſteren wird befohlen, daß die verrechnende Bedienſtungen, wann die Unterthanen auf denen Unſerem fürſtl. Haus zehendbaren Feldern Grund-Bieren oder ſogenannte Erd-Aepfel pflanzen, und daſſelbe dadurch an dem ordentlichen Frucht Zehenden verkürzen, den Zehenden, als bei denen übrigen Feld-Früchten zu geſchehen pfleget, auch einziehen ſollten.

Die zweitere wurde durch eine höchſtſtrafbare Entziehung des Zehendens, da die Unterthanen angefangen ganze Aecker und Feld Stücker mit Grund-Bieren zu bepflanzen, veranlaſſet und darinnen verfüget, daß in das künftige von gemeldter Frucht für Unſer fürſtliches Haus an denenjenigen Orten, wo daſſelbe den groſen Zehenden zu beziehen, der Zehende eingezogen, die *Extraneos* aber ſolches nicht angehen, ſondern mit dieſer *Moderation* verſtanden werden ſolle.

Wenn

Wenn nun verſchiedentliche, in Unſeren fürſtl. Landen bedienſtete Geiſtliche ſich beſchweret, und daß ſie durch die allzuweite *Extenſion* gedachter Reſcripten an dem zu beziehenden kleinen Zehenden geſchmälert zu ſeyn, dafürgehalten, auch dieſerwegen mehrmalige Vorſtellungen eingegeben haben: So ſeynd Wir dadurch veranlaſſet worden, dieſe Zehend-Sache in behörige Ueberlegung nehmen, und Uns darüber gründlichen Vortrag thun zu laſſen.

In deſſen Verfolg haben Uns Unſere fürſtliche Geheime, und Hofraths-*Collegia* ihre gutachtl. ohnmaß-vorſchreibliche Gedanken in Unterthänigkeit vorgeleget, und Wir darüber den gnädigen Entſchluß genommen, die vorberührte, in Anno 1716. des Grund-Bieren-Zehendens halber ergangene Verordnungen zu *reſtringi*ren und zu *interpreti*ren, auch Euch zu Eurer Wiſſenſchaft und unterthänigſter Nachachtung in folgendem bekannt zu machen, daß fürohin die Grund-Bieren *in Regula* zu dem kleinen Zehenden gerechnet, in ſoferne aber ſelbige in flurmäſig anzubauende Felder der in diejenige Winter- und Sommer-Zelgen, worein ſonſten gewöhnlichermaßen die zum großen Zehenden gerechnet werdende Früchten gehören, gepflanzet würden, der Grund-Bieren-Zehenden *per modum Exceptionis* demjenigen als ein *Surrogatum* zugeeignet werden ſolle, der in gedachten Feldern und Zelgen den großen Zehenden zu beziehen hat.

Nach dieſer Vorſchrift wollen Wir die vorkommende Fälle jedesmalen fürohin entſchieden wiſſen, und geben Euch dahero in gnädigſten Befehl:

1) Von Pfarrey zu Pfarrey eine Durchgehung vorzunehmen und genaue Erkundigung einzuziehen, in welchen Orten nach Maaßgab obiger Reſcripten *de* Anno 1716. denenjenigen Pfarrern, ſo den kleinen Zehenden zu genießen haben, der Grund-Bieren-Zehenden *contra mentem legis* entzogen, und ſolcher von Unſeren verrechnenden Bedienſtungen erhoben worden ſeye, auch ſo dann dieſen Pfarreien nach Erforderniß Unſerer dermalen geäuſſerten gnädigſten Willens-

Meinung

Meinung in Zukunft den Genuß des Grund-Bieren-Zehenden, in ſo ferne er nicht dem Herrn des groſen Zehendens als ein *Surrogatum* gebüret, zu überlaſſen. Wo hingegen

2) der Grund-Bieren-Zehenden in denenjenigen Orten, wo Unſer Fürſtliches Haus den kleinen Zehenden zu beziehen hat, richtig eingezogen und

3) behörige Obſorge getragen werden ſolle, damit auch von denen wahren *Novalien*, in welchen dergleichen Arten von Früchten gebauet werden, der Grund-Bieren Zehenden, wie von andern Früchten, für Uns geſammlet werden möge.

Nach dieſer vorgehenden Verfügung wollen Wir es auch mit dem ſogenannten Stupfel-Rüben-Zehenden gehalten wiſſen; Als wornach Ihr Euch dann unterthänigſt zu achten, die Beſchwerden derer Geiſtlichen anbefohlenermaßen zu unterſuchen und darüber mit Unſerem fürſtlichen Hofraths-*Collegio* bei ſich ereignenden Anſtänden *Communication* zu pflegen und ſolche nach gegenwärtig Unſerem Befehl abzuthun habt.

Wie Wir dann Euch auch zu deſto behenderer Erreichung Unſerer Abſicht die Uns in der Sache vorgelegte Haupt-*Relation* und *Vota* nebſt einigen die Pfarreien zu Möſſingen *concerni*renden Beilagen in Abſchriften überſenden und Euch übrigens mit fürſtl. Gnaden wohlgewogen verbleiben. *Datum* Carlsruhe den 18ten Decb. 1747.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-05815518X-17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-05815518X-17

ULB Halle 3
005 362 318

VD18

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-05815518X-17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-05815518X-17

OLANI
OSI ESCVLENTI
(e Grundbiren)
A QVÆDAM

IIS DVCALIBVS
VRECONSVLTORVM ORDINIS

RÆSIDE
H. T. DECANO

EDO DANIEL
FFMANN

VCIS CONSILIARIO INTIMO
O LICENTIA
RE HONORES CAPESSENDI
II. SEPTEMBRIS MDCCLXXIV.

NDENDA PROPONIT
AVCTOR
HORVS FRIDERICVS
ERTINGER
TVTTGARDIANVS.

DITIO SECVNDA.

FORDIAE,
IOH. MICH. HAGEN.
DCCLXXXVIII.

1774,2.
19
KOENIGL. UNIVERS. ZV HALLE

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-192015415-05815518X-17